

rent, immensam Dei misericordiam, liberalitatem representarent, & lectorum pietatem, devotionem, fervoremque accederent. Discamus ergo, non futiliter disputare, sed obsequio profundo tantum sacramentum venerari, illudque religiose summa celebrare. Verba omnia quae Christus pronuntianda definivit, attente, devote, & perlicite proficiantur. Si ex lingue imperfectione minus quandoque expedite omnes litterae non enuntiantur, torquere conscientiam suam non debet Sacerdos. Accedat bene paratus, vigil, sibi prelo, Deique amore succensus. Neque preceps, neque nimis scrupulosus, atque meticolosus sit in verborum enuntiatione. Extrema negligentia, & morositatis devoret. Si qui opus Dei quodcumque negligenter peragat, maledictione percutitur; quo supplicio plebentis erimus, si omnium sacramentorum praesentiam innotuere, pigre, atque minus exacte celebraverimus? Hæc nunc pauca delibasse, post tot questionum disceptationem, sufficiat.

CAPUT VI.

De vera, & reali Christi presentia in Eucharistia.

I. Male consultus forem, si ex instituto amplissimum hanc spartam exornare vellem: cum innumeris, ique eruditissimi Catholicorum Theologi eandem illi straverint tanta eruditionis copia, tanta argumentorum, verorumque ubertate, ut ligna in situam importaret qui addicere quidquam vellet. Quoniam vero christianissimus Theologus non agenda tantum, sed credenda etiam habere comperita debet; in illo incumbam, ut de disceptata amplexu fito permulti Theologi scripsere, contracta ego oratione proponam.

II. Principio hereticorum errores, a quibus christiani Lectores cavendum est, paucis indicabo. Missis Capharnatis, Manichæis, Marcionitis, Phantasticis, Messalianis, Euthusianis, qui Christi carnem negabant, primus quem male sensibile de Eucharistia ferunt, vitæ Ioannes Scotus Herigena, qui saeculo IX. vitam agebat. Saeculo XI. Berengarius Ecclesiae Andegavensis Archidiaconus, errores adversus Eucharistiam ab Herigena Scoto vulgatos adoptavit, amplificavitque. Berengarii doctrina proscripta fuit in Concilio Romano anno. 1059. cui praesedit Leo IX. Retractionem sui erroris obtulit Berengarius Gregorio VII. sed in abiuratos errores

relapsus, iterum eos detectus est in Synodo Romana anno. 1079. Nicolao II. regnante. At reversus in Galliam, rursum in ius re lapsus errores fuit; & iterum eisdem detectus est in Synodo Romana anno. 1079. Et hac ultima errorum suorum retractatione constanter perseveravit octo annorum intervallo, nempe usque ad mortem, quam vere catholicus obivit anno 1088. Tres fidei formulas, a Berengario confirmatas, edidit Mabillonius Tom. I. Analector. Petrosianus a Petro de Brui dicti, Henricus ab Henrico appellati, saeculo XII. in seculo, sacramentum Eucharistiae de medio penitus auferre tentantur. His adhaerere Albigeneses, qui preli-berunt novatoribus nostris. Horum primus Carolostadius Archidiaconus Wirtembergensis contra realem Christi praesentiam in Eucharistia librum edidit anno circiter 1524. Hoc eodem anno Huldricus Zuinglius in Helvetia Pastor docuit, Eucharistiam meram esse figuram corporis Christi. Sociiani non modo cum Zuinglio docent, Eucharistiam nudum esse corpus Christi signum; verum etiam sacramenti rationem et deceptant, contententes, ritum hunc esse meram gratiam sine dona a commemorationem. Buceros, Romane Ecclesiae defensor, Zuinglii doctrinam amplexus est; sed eam multis inimentis temperavit, ut invidiam declinaret Lutheri, qui quamquam, ut ipse testatur in epistola ad Argentineses, diu laboraverit ut hanc realem praesentiam convelleret; fatemur tamen coactus fuit tantam esse verborum Christi peripetiam, ut insulari minime potuissent vere & realiter Christum esse in Eucharistia praesentem.

III. Calvinus Arias, & veteratoribus omnibus fraudulentiorum, & versipellentiorum in huiusce mysterii expositione se prodit. Modo a Zuinglii doctrina recedere videtur, & Bucero, quem ut magistrum colit, adherere: modo utroque resistit, & ad Lutheranos declinat: modo catholice Ecclesiae, versuto artificio, phrasibus utitur, & realem praesentiam propugnare se laetatur; & tandem blasphemias adversus catholicum dogma, larva posita, eructat. Lib. IV. Instituta, cap. XVII. fufam habet de Eucharistia orationem. Opera pretium existimo aliqua eiusdem testimonia transcribere. §. 1. hæc promittit. *Primo signa sunt panis, & vinum, quae invisibile alimentum, quod percipimus ex carne, & sanguine Christi, nobis representant...* Quoniam vero mysterium hæc arcanum Christi cum panis unionis natura incomprehensibile est, figuram eius & imaginem in signis

visibilibus exhibet ad modulum nostrum apertissimis; immo, velut datis archis, ac referis, tantum nobis facit quam si oculis careret: quia in crassissimas quasque mentes hanc rem familiaris similitudo penetrat, non sicut arcanum Christo pasci, quam panis, & vinum corporalem vitam sustentant. Tam ergo habemus, in qua suam speciem mystica hæc benedictio: nempe quod vobis conferret corpus Domini sic pro vobis semel esse immolatum, ut nunc eo vescamur, ac vescendo uncti illius sacrificii efficaciam in vobis sentiamus. Deinde, ut suam faciat, explicatis symbolis, testatur vere Christum sub his symbolis contineri. Sic enim pergit §. 3. *Horum omnium adeo solidam habemus verificationem in hoc sacramento, ut certo statuendum sit, VERE nobis exhiberi, non sicut ac si Christus ipse praesens aspectu nostro obiceretur, ac manibus obtrederetur. Hoc enim verbum nec mentiri, nec illudere nobis potest. Accipite, edite, bibite: hæc est corpus meum, qui in sensu non traditur. Hic est sanguis, qui in sensu non peccatorum effunditur. Quod accipere iubet, significat visum esse... quod edere iubet, significat unam nobiscum substantiam fieri. Opponit sibi errorem Zuinglii, Carolostadii, aliorumque gregalium, qui Christi carnem edat, & sanguinem potant per fidem dumtaxat effundunt, eoque sic redarguit. Quid? Namquid panis solo aspectu editur? Nuncquid vinum solo vili bibitur? Aut ergo mentiri Christum dicentem, Comedite, bibite, blasphemant oportet; aut non sola fidei cogitatione, sed vere, & realiter Christi corpus manducant concedant necesse est. Hæc quippe subdit §. 5. *Sunt enim qui manducant Christi carnem, & sanguinem eius bibere, uno verbo desistant, nihil esse aliud quam in Christum ipsum credere. Sed nihil expressius quidam, ac sublimius videtur voluisse Christus in praeterea illa coactione, ubi carnem suam manducationem nobis commendat: nempe VERA sui participatione nos vivificari: quam manducantem etiam, & bibentem veris illis de signavit, ne quam ab ipso vitam percipimus, simpliciter cognitione percipi quis speraret. Quæ admodum etiam non aspectus, sed eius corpori alimentum sufficit; ut VERE ac penitus percipere Christi carnem fieri possent... In hoc modo voluit Dominus nos, non vitæ se nuncupando non tantum docere in mortis resurrectionisque sue fidei depositum esse nobis saltem; sed VERA etiam sui communicatione fieri ut vita sua in nos transeat, ac nostra fiat; non sicut ac panis, dum in alimentum sumitur, vigorem corpori admini-**

strat. Rursum §. 10. hanc suam doctrinam clarius confirmat. *Summa sit, non aliter animas nostras carne & sanguine Christi pasci, quam panis & vinum corporalem vitam tenent & sustinent. Neque aliter quadrat analogia signi, nisi alimentum suum anime in Christo reperiret; quod fieri non potest, nisi nobiscum Christus VERE in unam coalescat, nosque reficiat carnis sue esu, & sanguinis potu... Est autem incredibile videtur in tanta locorum distantia penetrare ad nos Christi carnem, ut nobis sit in cibum, & meminerimus, quantum suavis sensus omnes nostros emineat arcana Spiritus S. virtus, & quam fulsum sit eius immensitatem modo nobis velle metiri. Quod ego mens nostra non comprehendit, concipiat fides, spiritum vero vitæ que locis distansia sunt.*

IV. Hæc manifeste apparet, Calvinum fateri sub sacris symbolis vere carnem & sanguinem Christi contineri. Stultitiae eo arguit qui humana ratione metiri audeat tam ineffabile arcanum, quod omnem iterat mentis nostræ captum. Sed que ibidem continuo addicit, perpende. *Est factum rem illæ signatam offerre, & exhibere omnibus qui ad spirituale illud opalium accumbunt, quamquam a fidelibus solis cum fructu percipiunt, qui tantam benignitatem vera fide, antiquæ gratitudinis suscipiunt. Quæ ratio dicit Apostolus, parvam quem frangimus, communionem esse corporis Christi: calicem quem verbo & precibus in hoc consecramus, communionem esse sanguinis ipsius. Nec est quod obicit quispian, figuratam esse locutionem, quia figuræ rei nomen signum deferunt. Fatetur hæc fractionem panis symbolum esse, non tantum panem hoc posito, a symbolis tantam exhibitionem ipsam exhiberi recte colligimus. Nihil enim quis fallacem vocare Deum voluit, inani ab ipso symbolum propositum nunquam dicere audeat. Itaque si per fractionem panis Domini corpus ipsius participationem vere representant, minime dubium esse debet quin VERE præsent, atque exhibeat... Quod si veram est præberi nobis signum visibile ad obsequendam rei invisibilis donationem; accipere corporis symbolo, non minus corpus etiam ipsum nobis dari certo confidamus. Dies igitur (subdit §. 11.) in eodem mysterio per symbola panis & vini Christum vere nobis exhiberi. Rursum §. 16. in realis presentia favorem hæc subicit. *Si in sensum suum explicaret, dum panis in mysterio porrigitur, anaxiam esse exhibitionem corporis, quia insuperabilis est a signo suo veritas; non valde pugnaret. Si inleparabilis est a signo veri-**

pulos illuminare, si figuratus & tropicus fuisse illius sermo, ut contendunt Sacramentarii, & Calvinistæ. Hoc Christus, tamen ad clementiam, ad pietatem, ad misericordiam comparatus, non egit; sed e contrario discipulis litteralem & obviam sermonis sui intelligentiam roboravit, confirmavitque toto evangelico contextu. Alterutrum ergo: aut Calvinista Christum nimis & severitatis, & inhumanitatis aculem necesse est; aut fateatur oportet, in litterali sensu Christi verba intelligenda esse. Quid? Magister divinus commotus agitatorque discipulos videt obse fallam, ut Calvinista contendunt, suorum verborum intelligentiam: & eos non dedocat veritatis Magister? Et eos non illuminat, eorumque tenebras non dispellit qui est lux mundi? Solum obsecrati Calvinista de clementissimo Christo tam inauditum paradoxon comminisci valent. Ergo in sensu obvio & litterali intelligendus est Christi sermo: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

II. Confirmat obviam & litteralem interpretationem Evangelista Ioannis textus, Conciliorum, & Patrum traditio. Concilium Ephesinum in approbatione epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium hoc in sensu verba Christi relata ab Evangelista Ioanne interpretatur. *Constituentur in Ecclesia sacrificium nos celebrare, utpote participes lætæ carnis, & pretiosi sanguinis Christi effecti...* *Quamvis enim dicat Ioan. vi. Nisi manducaveritis carnem, & biberitis etc. nequitiam committent carnis, hoc est hominis nefic conditionis carnem esse existimare delensum, sed vere illius propriam, qui nostri causa Filius hominis factus, & appellatus est.* Ergo universalis Ecclesiæ, in ecumenico Concilio congregatæ, doctrina Christus Ioan. vi. nobis suam veram carnem in Eucharistia promittit. Concilio Epheso succinit Concilium Nicænum II. anno 787. act. vi. his verbis. *Nullus aliquando incrementum sacrificium imaginem corporis Christi dixit... Sed audiant evangelicæ dicentem eum: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis.*

III. Eodem in sensu SS. Ecclesiæ Patres textum Ioan. vi. interpretati sunt. S. Cyrillus Alexandrinus in hæc Ioannis verba, *Qui manducant meam carnem &c.* hæc scribit. *Quemadmodum si quis ceram cere contingerit, utique alteram in altera esse videbit; eodem quoque (opinor) modo, qui Salvatoris nostri carnem suscipit, & bibit pretiosum eius sanguinem, ut ipse ait, unum quiddam cum eo reperitur, commixtus quodammodo, & inmix-*

tus ei per illam participationem; ita ut in Christo quidem ille reperitur, & vicissim Christus in ipso. S. Hilarius Lib. VIII. de Trinit. advers. Arianos evincit Filium Dei esse in Patre secundum naturam, & substantiam, quemadmodum in nobis per Eucharistiam vere & substantialiter existit, inquit: *Si vere carnem corporis nostri Christum assumpsit, nolque vere sub mysterio carnis corporis eius sumimus... per hoc unum erimus: quia Pater in eo est, & ille in nobis... Ipse enim ait: Caro mea vere est cibus etc. De veritate carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus... Et hæc accepta, atque hausta id efficiunt, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. Hæc igitur idcirco commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter Patrem & Filium unitatem hereticis mentientes, unitatis nostre ad Deum utebantur exemplo, tamquam nobis ad Filium, & per Filium ad Patrem obsequio tantum, ac volente unitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietates indulgeretur: cum & per honorem nobis datum Dei Filii, & per manentem in nobis carnaliter Filium, & in nobis corporaliter & inseparabiliter unitis mysterium vera ac naturalis unitatis sit predicandum etc.*

IV. Adeo luculenta est hæc Hilarii argumentatio, & robusta, ut omnes Sacramentarium, Calvini, Claudii, Aubertini, aliorumque novatorum cavillationes penitus labefaceret, effugiatque præcladæ omnia. Aut causam Arij egisse S. Hilarium, aut causam Calvinistarum professæ, fateantur novatores necesse est. S. Hilarius evincere contendit, Christum esse consubstantialem Patri, in eoque existere, quemadmodum per Eucharistiam existit in nobis. Ergo per certo habet, media Eucharistia in nobis existere per identitatem substantiæ. Quid ad hæc novatores acuti? An respondent, Hilarium dumtaxat velle Christum in nobis existere media Eucharistia per fidem, per participationem alienius virtutis, & proprietatis ab illo in nos derivatæ? Aiunt? Ergo Hilarius Arij causam egit, nempe Filium esse in Patre per quamdam figuram, similitudinem, & perfectionem copiam ad eo in illum derivatam. Ariarium ergo Hilarium efficiunt. Negant? Ergo causam Calvinistarum in nihilum redegit Hilarius. Nulla hic ad effugium latebra. Sed iterum Hilarium audiamus, qui suam argumentationem hæc conclusione ibidem confirmat. *Si ergo naturaliter secundum carnem per eum unumsum, id est naturam carnis suæ adepti, quemodo non*

naturaliter secundum spiritum in se Patrem habeat, cum virtus per Patrem? Cavillari, rixari vitiligare novatores possunt, fideles fieri realiter unum per baptismum, seu per gratiam, per fidem, per virtutem eandem in omnes effulam, omnibusque communem. At hæc omnia ineptissima commenta sunt. Nam S. Hilarius contra Arianos evincit, fideles fieri realiter unum cum Christo, & invicem carnaliter, corporaliter, seu per identitatem substantialem carnis & sanguinis; ut heinc inferat, Filium esse consubstantialem Patri. Si Hilarius evincere dumtaxat intendisset, fideles fieri unum per virtutis & gratiæ participationem, ut novatores effutiant, causam Ariariorum, ut dixi, orallet. Ergo recurrit dilemma factum. Aut novatores Ariarum Hilarium confirmant necesse est; aut Sacramentarium, & Calvinistarum causam illum ab imis diruisse fateantur oportet. Doctrinam Hilarii confirmant Patres omnes. S. Irenæus Lib. II. cap. xxxv. & Origenes homil. xxvi. in Numer. & Cyrillus Lib. de orat. dominicæ. S. Ambrosius de suis qui mysteriis initiantur cap. viii. S. Augustinus in cap. vi. Ioan. S. Chryostomus in eodem loc. Ioan. S. Leo serm. vi. de ieiunio.

V. Altera propositionis pars ostenditur, nempe Christum promissionem suam Eucharistia institutione implevisse. Verba institutionis habentur Matth. xxvi. Marc. xiv. Luc. xxii. I. ad Cor. xi. *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.* Oratio hæc vera, enuntiativa, & operatrix est. Vera autem non esset, si in propria substantia panis permansisset. Cedo: si Christus in Cana Galilææ aquæ hydrum manu tenens dixisset, *Hoc est vinum*, aqua in vinum minime converta, an non fuisset mentitus? An non illiusset convivis? Ergo similiter mentitus Christus fuisset dicendo, *Hoc est corpus meum*, si corpus illud substantia panis, & non caro Christi fuisset. Mendacem ergo Calvinista Christum efficiunt, quemadmodum Hilarium Ariarium, dum præfata verba hunc reddant sensum. *Hic panis est signum corporis mei. Christus & promittens Eucharistiam, & eam instituens, magistri, & rectoris personam gessit, Magistri est discipulis perspicue & clare imbure. Supra ostensum est, discipulos, super intelligentia promissionis factæ ambigentes, & scandalum patientes, clamasse: *Durus est hic sermo.* Nunc ut retractor promissionem implet, & eadem oratione quæ veram & substantialem*

corporis sui traditionem significat, utitur. Testatoris verba obvia, clara, & aperta esse debent, ne inter heredes contentiones, & lites oriantur. Discipuli, qui audientes promissionem turbati fuerunt, nunc institutionem promissionis omnino conformem auctantes, nullo modo præstiturunt, non murmurarunt. In sensu ergo obvio & naturali præfata verba intellexerunt, memores sermonis quem Christus in promissione habuit. Si Apollodidascensæ, præfata verba tropicæ, & per metonymiam fuisse prolata, an germanum sensum explicari a Christo non postulaferunt?

VI. Præterea edisserant nobis acuti rabulæ quampan ex his vocibus: *Hoc est corpus meum*, tropo afficiatur? An non tam luculenta sunt hæc verba quam loquentia: *Verbum hoc factum est: Deus erat Verbum: Christus est Filius Dei?* Ergo non minus blasphemus Ius Sacramentarii, & Calvinistæ detorquebant ad mythicam & figuratam locutionem ludata verba sacramentalia, quam fuerunt Ebonitæ, & Ariani, postrema verba evangelicæ ad impropositum sensum inflectentes. Cum ergo nulla sit vox tropo affecta; unde colligitur Calviniani ad sensum mythicum transferenda esse præfata verba? Num ex his quæ antecedunt, aut sequuntur? Num ex Evangelistarum discrepantiis? Oportet, si valent, vel uticum dissonantiæ verbulorum. Nos contra mirabilem harmoniam demonstramus, nulli cavillationi obnoxiam. Nam si ad caput vi. Ioannis regrediamur, *vere, & non tropicæ*, in cibum carnem Christi; *vere, & non tropicæ*, Christi sanguinem in potum nobis dari ibi afferitur. An omittent Evangelistæ omnes rem omnium gravissimam, & scitu quam maxime necessariam exponere, si aliquis in ea translatus sensus contentus esset? Nonne id prædixerunt in rebus minoris momenti, occasione data? Matthæus Ioannem Baptistam vocat Eliam; & Lucas talem fuisse spiritum & virtute exposuit. Christus Matth. xvi. vers. 6. dicit. *Caveat a fermento Phariseorum, & Sadduceorum: & vers. 12. declarat cavendum esse a doctina Phariseorum, & Sadduceorum.* Ioseph absolute Pater Christi non semel dicitur: & Lucas adicit, *ut præstetur.* Alia exempla supra adducta sunt. Quæ cum ita le habeant, quis mentis compass obtunderè ausus fuerit, clementissimum Salvatorem in ultimo suo testamento, in quo extrema amoris, sinceritatis, & amicitie signora, splendidiora tenerioris affectus, & benevolentie argumenta discipulis exhibuit,

luit, implexe & obsecrare locutum, et cique translationibus & figuris utrum fuisse que ad dissidia & lites provocare heredes potuissent? Quare licet hanc argumentationem verbis S. Hilarii *lib. VIII. de Trinit.* adversus Arianos, qui Verbum divinum consubstantiale Patri negabant, quemadmodum Calviniani realem presentiam in Eucharistia iudicantur, confirmare. *Qui verbum est, & qui veritas est, loqui vera nescivit? Et qui sapientia est, in stultiloquio erravit? Et qui virtus est, in ea fuit infirmitate, non potest eloqui que vellet intelligi?* Quid quod ipse Christus parabolas frequenter inutiliter sermonibus suis discipulis testatus est *Iohan. xvi.* *Veni hora cum iam non in proverbis loquar vobis?*

VII. Lubet ad incitas Calvinianis redigere dilemmata quo illos exagitat P. Vincentius Contentonius, qui hanc controversiam, si quis alius, docte eruditique tractat *Lib. XI. part. II. diss. I.* Aut Christus Dominus, qui nascens locum, moriens pretium, regnans premium le nobis tradidit, non potuit concelvens in cena vere & realiter le nobis exhibere in cibum; aut si potuit, noluit. Si primum: negant Calviniani omnipotentiam, qua Deus ex nihilo creavit Orbem, que aquam in vinum convertit, que miracula paravit adeo stupenda, que omnem superant rationem, vel saltem illam coercent, resringunt, & metas quas pretergressa nequeat, eidem præstent: quod manifesta dementia est, ut ipsius Calvinii verbis infra demonstrat. Si concedunt, hoc infinitum amoris pignus potuisse quidem Christum nobis donare; ad id prætare noluisse: rursus ab illis donantur: unde colligit, noluisse Christum hoc immensum corporis sui donum nobis exhibere? Quibus argumentis id evincunt? Nos contra illos urgemus.

Si recipia Christus voluisset corpus suum sacrificium præbere, verba ne luculentiora aut clariora iis quibus usus est, adhibere potuisset, ut voluntatem suam, qua donum nobis exhibuit, exprimeret? Anne encarnatus Trinitatem adversus Arianos, incarnationem contra Marcionem, Nestorium, Eutychemem, alioque sectarios expressit, quam realem presentiam adversus Calvinianum blasphemam deliria? Quid clarius dicere adversus primos potuit: *Ego, & Pater unum sumus: Verbum caro factum est? Quid luculentius contra illos: Hoc est corpus meum; hic est sanguis meus; caro mea vere est cibus; sanguis meus vere est potus?* Dicant Calviniani, degerant ne Arianis, Ne-

storianisque Scripturarum testimonia, quibus & sibi, & aliis factum fuerent, ut incarnationis impossibilitatem fudere conentur? In medium prodeant Calviniani omnes, utrumque textum proferant æque in speciem suis arbitrariis commentis latentem ac sibi quem Ariani obturdebant: *Rogo Pater, ut unum sint, sicut & nos unum sumus; unde interebant, Patrem inter & Filium talem voluntatem consensionem esse, qualem discipulis inter le habere Christus Patrem rogavit. Inclamabant: Pater maior me est.* Opponent, si possunt speciosum aliquem textum illi similem quem inculcabat incarnationis hostes. *In similitudinem hominum factus, & habitu inveniatus ut homo.* Exerant Calvinianis omnes acuminis vires, & eruditionis sacra arcaena referent, ut adversus Arianos, Nestorianos, Eutychemos evincant divina testimonia quibus offendimus Trinitatem, incarnationem, in sensu obvio, & secundum verborum proprietatem accipienda, semel admitta hypothese quod divina verba, que iuxta obvium sensum significant veram, realem, & substantialem presentiam corporis Christi in Eucharistia, ad sensum mysticum, figuratumque inflecti valeant. Aliquam ne disparitatem, exceptionemque adversus recentis hæreticos opponere Calviniani valent?

VIII. Precipua que obtrudere Calvinianæ, & Sacramentarii solent contra primam partem, paucis perstringo. Cavillantur 1. De ea manducatione loquitur Christus *Iohan. vi. a. vers. 52.* de qua veribus prævis locutus est. Ibi de spirituali; ergo & in sequenti sermone. Resp. Cavillatio hæc iam sub initium convulsa fuit, dum illud caput delineavi in partes tres. Sola capitis lectio nupacem esse oppositionem evincit.

IX. Opponent 2. Christus est. *cap. inquit: Qui manducat &c. in me manet, & ego in illo.* Mansio hæc spiritualis, non corporalis est; ergo & manducatio. Resp. Manet Christus in sapiente & corporaliter, & spiritualiter. Ergo oppositio vana est.

X. Opponent 3. Christus Capharnatis opponentibus: *Quomodo potest nobis carnem suam dare ad manducandum?* respondit: *Spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam.* Iure a Capharnatis suspicatas querunt Calviniani; cum non sint illius minus carnales, & in hac controversia crassiores. Sed obiectiunculam iam ab Augustino *lx. xxvii.* in hunc locum convulsam legitimus. *O Domine, Magister bone, quomodo caro non prodest quidquam? cum tu dixeris: Nisi quis*

man-

manducaverit carnem meam, non habebit vitam æternam &c. Caro non prodest quidquam, quomodo illi intellexerunt (& intelligunt Capharnao-Calvinianæ.) Quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritus vegetatur. Proinde sic dictum est, Caro non prodest quidquam, quomodo dicitur est, Scientia inflat. *Iam ego debemus edisse scientiam? Assit. Et quid est, Scientia inflat? Sola sine caritate: ideo adiunxit, Caritas edificat. Adde ergo scientia caritatem, & nullus erit scientia, non per se, sed per caritatem. Sic etiam nunc caro non prodest quidquam, sed sola caro: accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum. Nam si caro nihil prodest, Verbum caro non foret.* Calvinianis inflatis, tumebus, abstantibus adversus universam Ecclesiam, unde apollatam, caro Christi nihil prodest: quia caritate valescunt lux veritatis non splendet, utpote velo cæcitate, & obliuionis obtusitas.

XI. Opponent 4. contra secundam partem. Quod Christus dedit discipulis, fregit. Quod fregit, panis erat. Ergo non erat corpus Christi. Resp. Ex oblatione consequitur, Christum non nisi communem panem tradidisse discipulis, quod nec Calviniani concedunt. Fregit species, seu symbola, sub quibus corpus eius continebatur. *Nulla restit fractura: signa tantum sit fractura: qua nec status, nec statuta signati minuitur.*

XII. Opponent 5. Eo modo accipi debent hæc verba, *Hoc est corpus meum*, quo accipiuntur sequentia, *Quod pro vobis dicitur*, seu, ut in textu Græco legitur, *quod pro vobis frangitur.* Hæc autem non nisi figurate accipi valent. Ergo & prima. Resp. Hoc est parum potiusque sophisma. Non frangitur nisi metaphorice: ergo non est corpus nisi metaphorice? Fallaciam hæc accidentis Diallectici vocant, sicuti dicitur inquit: *Homolitus est leo: non est leo, nisi metaphorice: ergo non est homo, nisi metaphorice?* Argumenta ista Saphis, non Theologis congruant, & præsertim in arcana re tractanda.

XIII. Insistant. In hæc propositione, *Hoc est corpus meum*, pronomen hoc panem, quem Christus tenebat, demonstrat. Sed panis nequit dici Christi corpus, nisi per figuram. Vel enim pronomen hoc nihil demonstrat, vel panem demonstrat. Nihil pronomen hoc demonstrare, dici non potest. Neque adfirmari valet, eo pronominis demonstrari panis species: quia iste non sunt corpus Christi. Quid ergo demonstrat? Corpus

Christi? Adfirmari nequit. Quoniam pronuntiatio hoc pronominis, nondum est corpus Christi. Propositio quippe ista, *Hoc est corpus meum*, speculativa non est, sed practica, quæ id elicit quod significat. Sed pronuntiatio solius pronominis non efficit Christi corpus. Ergo pronomen hoc significare nequit corpus Christi. Reliquum ergo est ut panem significet.

XIV. Mirum est hæc dialecticas tricas in sententia reduci a Calvinianis Sophistis, quas Theologi scholastici a pluribus iam levelis & severis disceptaverunt, & penitus proligerunt. S. Moyses virgam in serpentem convertens dixisset: *Hic est serpens.* Si Deus uxorem Lot in llatum salis, & Christus aquam in vinum immutans dixisset: *Hoc est sal, hoc est vinum.* Quid pronomen hoc in his propositionibus paribuset? Quid respondent ratiõe acuti? S. Thomas *III. Part. quest. lxxxviii. articulo 5.* cum istius pronominis hoc in forma eucharistica dicitur: nihilque opponunt noni Sophistæ quod non fuerit ab ipso & enucleatum, & figuratum. Innumeras difficultates, & subiles arguaciones, que congeri solent, prætereo, & paucis dico, inexpressibiles esse cavillatores tum Sacramentarii, tum Calvinianos, dum pronomen hoc in primo propositione instanti pronuntiatum abundant. Pronomen enim avulsim, & separatim a propositione sua nihil determinate significat. Pronomen autem in hæc propositione pronuntiatum, & completa determinate corpus Christi suo facris symbolis contentum demonstrat. Quoniam omnia prætata verba simul accepta id efficiunt quod significat. Si unum ab alio avellat, tum significatio, tum efficiencia destruitur. Tota ergo & completa oratio spectari debet: & in hoc completa propositione pronomen hoc corpus Christi, ut dixi, demonstrat. Hæc simplici & naturali interpretatione evanescent omnes dialecticæ trice, & innumera sophismata que multiplicari super hoc pronomen solent. Si plura tandem epis, consule S. Thomam *loc. cit.* ubi omnia subtiliter æque ac solide dicitur, exponitque.

XV. Opponent 6. In hæc propositione, *Hoc est corpus meum*, verbum est usurpatum in Scriptura sancta pro significat: ut pluribus eidem Scripturæ testimoniis constat tum ex veteri, tum ex novo testamento. Nam *Gen. xvii.* circumcisio vocatur fœdus, id est *signum fœderis: cap. III.* dicitur: *Septem species pluvie spiritum libertatis anni sunt, id est significat.* Item *Matth. xxi.* *Agar autem est*

L 2

mun-

mundus. Rursum Ioan. x. *Ego sum ostium*; & cap. xv. *Ego sum vitis vera*. Et tandem I. Cor. x. *Petra autem erat Christus*, id est significabat Christum. Resp. Hac ipsa sophismata quæ Sacramentarii, & Calviniani sub calamo opponunt, desperatam evincunt illorum causam. Quæ enim ineptior arguenda forma? Verbum est in quibusdam Scripturæ divinæ testimoniis loco significat ulupatur. Ergo etiam in hac propositione, *Hoc est corpus meum*? Si arguendo valeret; legitime inoffense Ariani, & Sociniani possent in hac propositione, *Verbum caro factum est*; hoc verbum est idem valere ac significat; quia sic ulupatur in pluribus Scripturæ locis. In omnibus quo opponuntur testimoniis, ex subiecta materia, ex adiectis circumstantiis, ex verbis ipsis quæ antecedunt; & sublequantur; germanus sensus verbi est obvisus apparet. Gen. xviii. circumfusus vocatur *fructus*, quia reipia ibidem *erxit*. to. afferuntur *fructus signum fœderis inter me & vos*. Similiter cap. xii. manifeste patet Ioseph verbum *sunt accipite* pro significat. Nam Pharaon interrogabat quid suum somnium portenderet, quid significaret; & iuxta interrogationem factam Ioseph respondit, septem boves pulchras, & septem ipseas plenas septem ubertatis annos esse, id est significare. Math. xiii. parabola proponitur. Parabola autem natura sua figurata est. Parabolas ne Christus proposuit, cum Eucharistiam instituit? Quis animo non concepit, figuratam esse Christi locutionem, cum dicit Ioan. x. & xv. *Ego sum ostium*; *Ego sum vitis*? In his, & similibus propositionibus metaphora aperta est, eamque ibidem Christus explicat. Verba Apostoli, & sine, & cum figura intelligi possunt. Si de spirituali petra sermo sit, verbum est figuram nullam continet: si petra materialis intelligatur, sensu mystico Christum petram spirituales representat; & tunc verbum est figuram prodit, sed obviam, & cuiusque manifestam ex circumstantiis sacri textus. Apostolus enim ibi Corinthios instruit, quomodo Israelitis omnia in figura contingebant. Iam illis baptisma Christi figuris maris, & nobis in veteri testamento adumbratum ostendebat: manna, & aquam e petra manantem representabat; immo petram ipsam, unde egredie fœturant, spiritalem manifestaverat. Ergo ex sermone serie plane intelligitur, petram esse figuram, & figuram Christi, quæ opus fuerit ut id Apostolus explicaret.

XVI. Plura alia obtrudunt Sacramentarii, & Calviniani, quæ obvia sunt, & penitus

convulsa a Theologis nostris, a Ven. Bellarmino, & Petronio, a Contentio, a Natali Alexandro, a Turnely, & ab aliis permultis. Idcirco eadem pretereo, cum instituti mei ratio eo tantum pertinet, ut lectori me præcipua dumtaxat dogmatum nostrorum capita exponam, eumque doctrinam catholicam doceam, nullis innumeris novatorum trices & cavillationibus, quæ causam implicent, & obsecant. Illorum argutationes omnes lubet ipsis Calvinii verbis, quæ luculentissima dominica verba ex eisdem sacrolego ore extulerunt, convellere. Inquit ergo hæretica iste Lib. IV. instituit. cap. xvii. §. 10. *Meminerimus quantum supra sensus omnes nostros emittat arca Spiritus sancti virtus, & quam statum sit eius immutationem modo nostro velle nostri*. Quod ergo minus nostra non comprehendit, concepit fides. Et denno §. 30. *Subdit*: Porro de modo si quis me interiret, fateri non pudabit, subtilius esse arcana quam ut vel ingenio meo comprehendit, vel iterari verbis quæ: atque, ut aptius dicam, experior magis quam intelligam. Itaque veritatem Dei, in qua acquiescere tuto licet, hic sine controversia amplector. Pronuntiat ille, carnem suam esse animæ meæ cibum, sanguinem esse potum. Talius alimentis animam illi meam pascendam offero in sacra sua cana. Iubet me sub symbolis panis & vini corpus & sanguinem suum sumere, manducare, ac bibere. Nil dubito, quin & ipse VERE porrigat, & ego recipiam. Non igitur sola sacra symbola panis & vini, sed carnem & sanguinem Christi sub sacris symbolis contenta sumis, manducas, & bibis. Modum vero ineffabilem quo corpus, & sanguis Christi sub sacris symbolis continentur, te ignoreare sine pudore iure fateris. Nihil opportunius in veritatis catholice confirmationem pronuntiare ille poterat: nisi postea manifestis blasphemis, quæ se non intelligere fatetur, impetere audacissime ausus fuisset. Ut a Lutheranis gratiam iniret, & Sacramentum non contraheret, mediam tenere studebat viam. Sed cum non posset eisdem ad concordiam revocare, omnes errabundos, & criminolos declinavit. Ad perpetuum novatorum pudorem, confusionemque, interire referre distitit quibus Lutheranis, Sacramentarii, & Calviniani semetipsos disceperunt, quod proprio ingenio metiri, suisque argutationibus exponere tantam arcanaum admodum Verba sola transcribo quæ Calvinus habet sub finem epistolæ de cena Domini: inquit enim *Suboritur sunt Zuinglius & Ocolampadius,*

qui

qui... quam presentiam Christi in cena credere debeamus... dicere omitebant. Adeo ut Lutherus eos nihil præter signa nulla, & spiritualis substantiæ vacua velinere velle existimaret. Ideo capis palam obistere; Ita ut pro hæreticis habendus denuntiaret. Ex quo sensu effudit contentio, sic temporis progressu adauca, & insannata est, ut acerbis equo excitata sit per annos plus minus quindecim, quibus interim, neutri altero æquo animo & placidè anirè subsistebat. Nam estis semel conulerunt inter se, tanta tamen animorum alienatio erat, ut re infecta discesserint. Cum etiam ad concordiam aliquam accedere debuissent, magis ac magis regressi sunt, nihil magis spectantes quam ut opinionem suam tuerentur, & contrariam resistere. Hæbetur itaque, quæ re impegerit Lutherus, in quam etiam Ocolampadius, & Zuinglius. Lutheri partes erant ab initio admittere, non esse propositi sui præsentiam localem talia statuere, qualem Papiste somniant. Denique ex quo nota est contentio, ipse modum excessitum in declaranda opinione sua, tum in aliis nimia acerbitate vituperandis. Cum enim ita debuisset explicare, et sententia eius recipi posset; pro solita vehementia sua, ut contraria assentes impugnet, hyperbolicis loquendi formis inebatur. Alii etiam assenserunt. dum minus stultæ, ac diligenter in hoc toti incumbant ut assenserunt panem & vinum corpus & sanguinem Christi vocari, quod ipsum signa sint: non cogitarent sibi hoc interea simul agendum, ut adingerent signa esse, ut ubilibet veritas cum eis coniuncta sit. Urbiq; profecto in culpa fuerat, dum se se mutuo audire non sustinuerunt.

XVII. Hac inestina bella & clades quibus mutuo se disceperunt, lacerant, & ingulunt novatores nostri, illorum ora perpetuo obtinere silentio deberent, vultuque æterna ignominia suffundere. Realem presentiam defendit Lutherus, & pro hæreticis habet Zuinglianos, Ocolampadianos, figuratam dumtaxat presentiam propagantes. Sedere inter has turbas index Calvinus amicit, & sedare cum nequeat belligerantes, turbas omnes errantes pronuntiat. Realem presentiam Lutheranorum reicit. Zuinglianorum signa vacua, quæ portendant, non continent Christi corpus, excutatur. Quid ipse defendit? Signa vacua non sunt? Ergo vere continent, & non figurate significant corpus Christi? Adferat, & negat, dilinquit, & involvit; & dum tribunal erigit, ut lites dirimat, novas sulcat, omnia per

Conc. Theol. Tom. VIII.

turbat; & dum Zuingliani, & Lutherani mutuo prellantur, Calvinus & secum, & contra omnes paginat. Tanta diffidiorum, & tenoratum caligine Deo operuit novatorum mentes. Si hoc augustissimum sacramentum humani ingenii animæ fugit, facta est Calvinio ipsa; quid miseri homines certices erigunt adversus universam Ecclesiam? Quid dominica verba vanis commentis cavillantur? & andatarum more inivem diludantur? Ex quo ab Ecclesia, in qua regenti fuisse, desiderant, in plurimas lectionis sectas, nullibi pedem figunt, nisi in favore & odio contra matrem quæ eos regunt. Opportune illos depingit Irenæus Lib. IV. adverf. hæret. cap. xxxv. *Coguntur hi tales semper typos tyorum, & imagines imaginum adinvicem, & nunquam figere animum suum in uno & vero Deo*. Si ad punctum temporis rationem indere novatores positus preiudicis, & odio adversus Ecclesiam Romano-catholicam, velient, exploratum haberent, partes litigantes iudicis personam sustinere haud posse in hac dirimenda controversia; sed viro iudice opus esse. Ad hunc ergo iudicem, nempe ad perpetuum Ecclesiæ traditionem, ad unanimum Patrum consensum, confugiendum est. Ad hunc iudicem Sacramentarii, & Calvinianos vocamus.

§. II.

Realis, & substantialis presentia corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia ex perpetua & constanti Patrum, & Conciliorum traditione demonstratur.

I. S. Ignatius martyr epistola genuina ad Ephesios, Smirnoens scribit: *Hæretici ad Eucharistiam, & oratione abstinere, eo quod non consistant Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est*. Hæretici isti Simoniani erant, & Menandriani, qui sicuti veram in Christo carnem non admittebant; ita in Eucharistia veram Christi carnem negabant.

II. S. Iulianus martyr apol. ii. *Quomodo modum per verbum Dei homo factus Iesus Christus Salvator noster & carnem, & sanguinem salutis nostræ causa habuit; ita etiam eam, in qua per precæ verbi eius ab ipso profecti, gratia sunt actæ, alimoniam incarnati illius Iesu carnem, & sanguinem esse edocti sumus*. Eo modo, inquit S. Martyr, per verba dominica Eucharistia fit caro, & sanguis Christi, quo modo per incarnationem Verbi Christi carnem, & sanguinem sumptit. Nullum hic figura, & metaphora effugium.

L 3 III.

III. S. Irenaeus Lugdunensis Episcopus, & martyr, discipulus S. Polycarpi, qui praecipuum habuit S. Ioannem Evangelistam, Lib. IV. cap. xxxiii. ait: *panem in qua gratia ablati sunt, corpus esse Domini, & calicem sanguinis eius.* Quam admodum qui est iam terra panis, percipiens invocationem Dei, et non communit panis est, sed Eucharistia est diabus rebus constituta, sereno, & celsi; sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, immo reseruantur habentia. Item Lib. V. cap. II. Quomodo ergo & mixtus calix, & factus panis percipit verbum Dei, sic Eucharistia sanguinis, & corpora Christi.

IV. Tertullianus Lib. de resurrex. can. cap. VIII. haec habet. Caro abluitur, ut anima emaculetur: caro ungitur, ut anima consecratur... caro corpore, & sanguine corpus velicitur, ut anima Deo saginetur. Eo modo caro velicitur corpore, & sanguine Christi, quo abluitur, & ungitur. Non abluitur, nec ungitur in figura: ergo nec velicitur in figura. Praeterea Lib. IV. cap. XI. contra Marcionem scribit. *Acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum, dicens, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisse, nisi veritatis esset corpus.* Hoc testimonio abutuntur Calviniani, ut luam confirmet errorem. Sed ut advertit Contensolus, & post ipsum Habert, Turnely, Drin, & alii, nimis peregrinos in hac propositione intelligenda se produunt. Senlus legitimus germanique propositionis hic est: *Hoc id est panis, qui olim erat figura corporis mei, est corpus meum.* Facillime sunt Tertulliano eiusmodi transpositiones. In Lib. cont. Praxeum cap. xxx. inquit: *Christus mortuus est, id est unctus.* Numquid aliter Calvinistic Tō unctus efficitur pertinere ad predicatum mortuus & non ad substantiam Christi? Nunquid dicitur, Tertullianum Christum mortem pro unctio accepisse? Si ergo intelligenda est propositio: *Christus, id est unctus, mortuus est.* In hoc ipso Lib. cont. Marcionem citans Psalm. lxxvii. verba, *Asperam in parabolis os meum, haec subicit. Asperam in parabolis os meum, id est similitudinem.* Haec vox similitudinem subiectum afficit, nempe parabolam, non predicatum, seu os meum. Neque eiusmodi translate locutiones Tertulliano tantum, sed Patribus quoque alijs familiares sunt. Pluribus evincunt citati Theologi, hanc esse Tertullianam mentem, que ego brevitate causa missa facio.

V. S. Cyprianus episc. lrv. ad Cornelium. *Quomodo enim dicemus, aut invocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundentes, si eis militarius Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini tunc commisitissimus admittamus? Vana estretationes Cypriani, si in figura duntaxat sanguinis Christi poculum fontendum fassisset. Nam profuissent sancti Confessores, in figura it profuturos proprium sanguinem; quem admodum in figura Christi sanguinem potare sicut.*

VI. S. Cyrillus Hierosolymitanus cateches. lrv. haec ad baptizatos scribit. *Ne confidetes unquam panem nudum, & vinum nudum. Corpus enim est, & sanguis Christi secundum ipsius Domini verba. Quisvis enim sensus hoc tibi suggerit, tamen fideliter confirmet, ne ex gustu rem iudices, quin potius habeas ex fide pro certissimo, ita ut nihil subdubitat, esse tibi donata corpus, & sanguinem. Non sensus hic audiendi, sed una fides consulenda, inquit S. Pater.*

VII. S. Ambrosius Lib. IV. de sacram. cap. I. inquit: *Sic verus est Dei Filius Dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines pro gratiam, sed quasi filius ex substantia Patris; ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus. Si Calviniani Christum dicere non audent in figura esse Filium Dei; neque in figura in Eucharistia nobis eum dari, iuxta Ambrosium, dicere possunt. Adde Doctor sanctus cap. IV. haec quo sequuntur. *Et forte dicitis: Meus panis est, sicut dicitur. Sed panis ipse panis est ante verba sacramentorum; ubi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Quomodo potest qui panis est, esse corpus Christi? Consecratio. Consecratio autem quibus verbis est, & cuius sermōnis? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quae dicuntur in superioribus, a sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur... Ubi venit ut consecratur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus sacerdos, sed utitur Christi sermonibus. Ergo sermo Christi conficit hoc sacramentum.**

VIII. S. Gregorius Nyssenus, S. Basilii frater oration. catech. cap. xxxvii. docet. *Recte Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi corpus transmutari credo.... Et hic similitur panis, sicut ait Apostolus, sanctificatur per verbum Dei, & orationem, non eo quidem quod cibo mediante in Verbi corpus creatur; sed quod factum per verbum in corpus transmutatur, sicut dictum est a Verbo; Hoc est corpus meum.*

IX. S. Ioannes Chrysostomus hom. lxxxviii. in Math. haec habet. *Quis potest unquam propriis membris carere nutritus? Et quid dico pastores? Multae matres saepe alios nutritibus solantes dederunt. Ipse vero non ita; sed ipse non sanguine proprio nutriti. Rursum hom. xlvii. in Ioan. Non modo secundum caritatem, sed etiam ipsa te unum corpus cum Christo efficiunt.... Id quippe fit per cibum quem largitus est.... Ardenter amantibus hoc est. Hoc sed significat de servis, qui suam amorem praeserentes, dicebant? Quis det de carnis eius, ut saturemur?... Elias melitem discipulis reliquit; Filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit; sed Elias quidem exutus: Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit, illud enim corpus est, Iuda, quod triginta diebus vendidit; id quod est in calice, est id quod fluxit ex latere, & illius sumus participes. Quid est hoc horribilissimum? Quid autem amabilissimum? Exterdende integre hominis bulis S. Doctoris essent ad confutandum novatorum audaciam. Neque enim in praesentia Catholice incalentes aduersus Sacramentarios, Calvinianoque realem Christi praesentiam in Eucharistia expriment quam Chrysostomus ipse.*

X. S. Augustini testimonium supra retuli, & nunc aliud ex Lib. II. cap. xv. contr. aduerialium Legis & Prophetarum. *Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, carnem suam nobis manducandam, bibendamque sanguinem dantem, fidei corde atque ore suscipimus. Quomodo horribilissimum viuentis humanam carnem manducare quam perire, & humanum sanguinem potere quam fundere.*

XI. Calvinus Lib. IV. Institut. cap. xvii. §. 28. blaterat. *Contentus ero paucis ostendere sine controversia (Augustinum) totum esse nostrum. Hareliche incredibilem impudentiam, & mentientem frontem frugerunt Theologorum nostrorum plures, percipiunt Augustini testimonium adductis. Contale Vincentium Contentionium loc. cit. ubi adductis Augustini testimonium mendacem Calvinum ostendit.*

XII. S. Leo ser. vi. de icetino haec scribit. *Sic facte mensa communicare debetis, ut nihil profus de vobis corpore, & sanguinis dicitur ambigatis: hoc autem est, sanctum quod est, inpassibile est esse ipsummet corpus. Potest quibuscaerda id quod accipimus, disputatur.*

XIII. S. Gregorius Magnus homil. xxi. in Euangel. sic loquitur. *Quid si sanguis agni, non iam audienda, sed bibenda didicistis: qui*

sanguis super utrumque possem ponitur, quomodo non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Quid enim prodesset ore, & sanguinem illius ore percipere, & ei peroris virtutibus contrarie?

XIV. Anathasius Sinaita in Odis, seu vitae diue, Eurychianum sic respondentem cap. xxxiii. inducit. *Abste ut dicamus, sacram communionem esse tantum figuram corporis Christi, aut nudum panem; sed ipsum corpus, & sanguinem Christi Filii Dei incarnati, & ex sacratissima Paripara, & semper Virgine Maria nati, vere accipimus. Orthodoxos autem sic respondet. Sic credimus, & confitemur.... Non enim dixit, Hoc est figura, sed quid vices generis corporis & sanguinis mar. Adeo culenta haec fuit, ut, cum nulla cavillo ecludere Calviniani queant, & ducant, hoc feculo mutata esse Ecclesie fidem de Eucharistiae sacramento. Nihil enim est tam evidens quod obsecari, & ordinari homines obsecrare non pertentent. Sed illorum ora obstruunt potentiores Patres.*

XV. S. Ioannes Damascenus, qui sequenti saeculo scripsit, nempe circa annum 740. Lib. IV. de fide c. xiv. sic loquitur. *Quam admodum naturaliter per confessionem transmutatur panis in corpus coardecit, & fit alterum corpus: sic percipit panis, itaque vinum, & aqua per invocationem, & adventum Spiritus sancti spiritualiter transmutatur in corpus Christi, & sanguinem. Et non sunt duo, sed unum corpus.... Non est panis & vinum figura Christi, & sanguinis, abste, sed corpus.*

XVI. Epiphanius Diaconus in Concilio Nicatino II. anno 787. sic Iconomachos, qui unam Christi imaginem esse retinebant contendebant, redarguit ad. vi. *Non dixit Christus: Recipite, & manducate: hoc est corpus meum?.... Patet igitur nec Dominum, nec Apostolos, nec Patres vocasse imaginem sacrificium incrementum; sed loqui appellasse ipsummet corpus, ipsum sanguinem.... Dona post consecrationem appellatur, sunt, & creduntur proprie corpus, & sanguis.... Sed Iconoclastae, dum voluit nobis asserere usum sacraum sanguinem, istam introduxerunt, quae non est imago, sed corpus, & sanguis. Postea tamen manducatum de serenis, ad certitatem redierunt, dicendo, hanc imaginem fieri dicitur corpus. Sed si est imago huius corporis, inpassibile est esse ipsummet corpus. Potest quibuscaerda id quod accipimus, disputatur.*

XVII. Haec Patrum testimonia diserte explicant realem atque substantialem corporis

Christi presentiam in Eucharistia, tamquam stropendum divina omnipotentia miraculum. Si sola esse figurata presentia, qua ratione dici posset esse mysterium altissimum, arcanum inpenetrabile, sola fide credendum? Si Eucharistia in sola virtute & efficacia, ut Calvinus fabulatur, sita esset; facillime ab intellectu humano perciperetur; sicut alia que a divina virtute pendet. Quid facilius quam suadere fidelibus, panem eucharisticum figuram esse, & merum signum corporis Christi, quemadmodum agnus paschalis figura fuit Christi? Ergo cum omnes Patres clamant, Eucharistiam prodigium esse omnium humane mentis captum superans, potentiam inauditam, & omnium mysteriorum incompandum; necessario consequitur, facta hæc symbola non esse mera signa reali presentia vacua; sed vere & realiter sub illisdem latere verum Christi corpus, fide credendum, non sensibus & humana ratione metiendum, ut Calvinus ipse secum pugnant fatetur.

XVIII. Plura obiciunt novatores ex Patrum testimonio hausta; sed cum sint pura putaque sophismata, milites a Theologis nostris penitus convulsa, otio abuterer, si tempus in illorum examine tererem. Labet potius alio ex capite dogma catholicorum confirmare. Patrum sententias carpere, cavillari, in erroneos sensus detorqueere obdistant hæretici valent; ad facta, que veluti manibus tanguntur, illorum cavillationibus obnoxia non sunt.

XIX. Factum est manifestum, nempe utriusque Ecclesie tam Græcæ quam Latine ab Apostolis ad hæc usque tempora consensus unanims in realem & substantialem Christi presentiam sub sacris symbolis. Factum istud adeo luculenter demonstravit Antonius Arnaldus in suo opere *de perpetuitate fidei*, ut nihil opponere unquam poterint Calviniani Sôphiste, præter somnia, & fabulas, quas labefactarant Renaudotius, qui opus Arnaldi auxit, Ricardus Simon in opere *de fide Ecclesie orientalis*, circa transubstantiationem, P. Le Bruin in opere, *Explicatio litteralis, historica, & dogmaticæ præcæ, & sacramentorum Missæ* &c. In his præclaris operibus monumenta habentur nulli exceptioni subiecta, que universæ Ecclesie orientalis Græcorum, Armenorum, Maronitarum, Syrorum, Copitarum, Iacobitarum, Nestorianorum consensum in dogmate de reali presentia Christi in Eucharistia luculentissime demonstrant. Quamquam præfate Ecclesie schismate divite sint & a Latina, &

inter semetipsas, dissentiantque in aliquo fidei articulo; in dogmate tamen transubstantiationis summa concordia conveniunt. Hæc utriusque Ecclesie concordia inde splendidius emicat, quod nec Latini Græcis, nec Græci Latinis unquam de reali substantiali presentia corporis Christi in Eucharistia errorem sibi mutuo improbaverint. Legatur acta Concilii Lugdunensis an. 1274. & Florentini an. 1439. & nec leve vestigium diffidii super hoc dogmate apparebit. Que perperua & unanims utriusque Ecclesie consensus, innumeris, & ineluctabilibus documentis firmata, novatorum audaciam reprimunt.

XX. Nulla lux adeo splendida est, cui occcludere oculos non valeant cæci & obstinati homines. Fidei dogma de reali presentia innovatum afferunt Calviniani cum Blondello circiter an. 636. per Anastasium Sinaitam: alii per Epiphanium Diaconum seculo VII. alii cum Ministro Claudio seculo IX. per Paschasium Radbertum, Monasterii Corbeiensis Abbatem. Verum eiusmodi putidissimas fabellas, vix ancilla dignas, penitus profligant Theologi catholici. Ubi primum hæresis aliqua orta in Ecclesia fuit adversus receptam fidem, continuo universa Ecclesia reclamavit; continuo excitata dissidia, iurgia, & commotio omnis abrupta; ut constat in Arianis, Macedonianis, Nestorianis, Euthychianis, & novatoribus Pelagianis; si valent, Calviniani monumentum aliquod quod dissidia in Ecclesia orta evincat ob innovatum de reali substantiali presentia Christi in Eucharistia presentiam fidem. Reponit Claudius sensum sine sensu, & gradatim Paschasium Radbertum innovasse. Itane vero? Privilegio præditus Paschasius fuit impune; & abique strepitu evulgandi novum dogma, quo ceteri novatores caruerunt omnes? Quid quod nec Christus fundare, nec Apostoli propagare abique rumore, bello, & universi orbis commotione christianam religionem potuerunt? Solus Paschasius dogma omnium subtilissimum sensum sine sensu per universam Ecclesiam Latinam evulgare potuit nemine reclamante? Ignorantia ne tunc dominabatur? At floruisse in qualibet natione Episcopos, & Theologos sanctitate & doctrina clarissimos, historia ostendunt: & Evangelia nunquam Deum Ecclesie fide defururum testantur. Noane cum seculo XI. Berengarius oppugnare aggressus est realem presentiam, ab universa Ecclesia tamquam hæreticus damnatus fuit? Postremum noane Ecclesia Græca & ante, & post Paschasium eandem semper fidem de reali presentia professa

fessa est? Plura alia que de Paschasio disputari solent, prætereo, tamquam nullius momenti. Quæ Rattramus seculo IX. scripsit adversus Paschasium, non spectabant absolute, & substantialem presentiam, sed modum eiusdem. Uterque propugnabat substantialem corporis Christi presentiam, sed circa speciem & modum exilienti alter ab altero distinebat. Sed quid ultra canere iurdis pergo? Quoniam opportune S. Augustinus Lib. III. *de doctr. christ. cap. x.* animadvertit. *Si animus proceperit alicuius erroris opinio, quidquid aliter afferunt Scriptura, figuratum homines arbitrantur.*

§. III.

De dogmate transubstantiationis adversus Lutheranos impanatores, & consubstantiatores.

I. Lutherani nobiscum hæresis postulant, realem, & substantialem corporis Christi presentiam in Eucharistia. Testatur Lutherus, se ad adlaborasse ut dogma realis presentie de medio tolleretur; sed verbis evangelicis nimis perspicuis victum non potuisse. *Vellem* (inquit epist. ad Argentinenses) *quod posset mihi aliquis persuadere, nihil esse in Eucharistia præter panem, & vinum. Magno ille beneficio me devinciret. Iam sepe gravibus curis in hac materia desudavi. Verum ego me captum video: nulla elabendi via relicta est; textus Evangelii nimis apertus est. Contentidi vero simul cum substantia corporis Christi permanere substantiam panis. Heinc illius gregales impanatores, seu Panistæ dicti sunt.*

II. Triplex exogitari modus potest quo Christus fit in Eucharistia vere, realiter, & substantialem prædens. Primo per impanationem, seu per unionem hypostaticam Verbum cum pane: quemadmodum incarnacione per unionem hypostaticam personæ Verbi coniungitur humana caro. Secundo per consubstantiationem, que significat simultaneam existentiam panis, & corporis Christi. Tertio per transubstantiationem, que significat conversionem substantiæ panis & vini in substantiam corporis, & sanguinis Christi.

III. Cardinalis Bellarminus Lib. III. *de Euchar. cap. xi.* primum impanationis auctorem facti Rupertum Abbatem Tuitientem, qui initio seculi XI. obiit. Sed ab hoc errore Rupertum vindicat P. Gerberon, Cardialis Gotti, & alii. Impanationis erro-

rem plures adjudicant Berengario. Lutherus aliquando impanationem, aliquando consubstantiationem propugnavit: & transubstantiationem, ut doctrinam libere defendendam cuique, interdum reliquit; sed postea eam execratus est ut blasphemiam. Sic enim scribit contra Henricum VIII. Angliæ Regem. *Noane transubstantiare solo sententiam meam, & dico: antea posui nihil referre, sive sit, sive sit sententia de transubstantiatione; nunc autem decerno, impium & blasphemum esse, se quis dicat panem transubstantiare.* Lutherani hodierni communiter consubstantiatores, & defendentes utriusque substantiæ corporis Christi, & panis simultaneam existentiam in Eucharistia. Kemnitius in III. Part. exam. ad sess. XIII. cap. VI. scribit. *Lutherus semper dixit, se in tota hac disputatione magis spectare presentiam corporis & sanguinis Christi in coena quam presentiam panis & vini. Sed quia transubstantiatio per articulo fidei sub panem anæthematis proponitur, necessario contradicendum est. Doctrina transubstantiationis nihil erroris continet; sedendi absolute potest. Verum quia Ecclesia illam, tamquam fidei articulum, credendam proponit; ideo, tamquam impium dogma, repellenda est, eique resistendum. Hæc novatorum indoles, & ingenium. Articulis ab Ecclesia propositis contradicendum, bellumque denuntiandum. Illud tamen in Ecclesia catholica triumphum edidit, quod novatores illi, dum contra Ecclesiam catholicam pugnant, in insellum bello semetipsos dilanant. Contempis itaque illorum blasphemis catholica veritas explicanda est.*

IV. In Eucharistia non remanet panis & vini substantia, sed vi consecrationis in substantiam corporis & sanguinis Christi convertitur: sicutque catholica credendum est, Christum esse presentem in Eucharistia per transubstantiationem. Articulum hunc definit Concilium Tridentinum, tamquam dogma in Ecclesia semper ut certum habitum. Hæc sunt Concilii sess. XIII. cap. IV. verba. *Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum, id quod sub specie panis offerbat, vere esse dixit; ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc deo sanctis hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini, conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius; que conversio convenienter, & proprie a sancta Catholica Ecclesia transubstantiatio est appellata.*

V. Novatores, qui tot impia dogmata ab orco revocant, & tot novitates invenunt, non pudet vocabuli *transubstantiationis* novitatem obtudere; cum novitas vocabuli ad illorum labefactandos errores introducta sit; quemadmodum ad heresim convellendam Arianorum adhibita fuit vox *consubstantialis*. Atque autem obicientis vocis novitatem respondet S. Athanasius *Lib. de decret. Synod. Nicene* his verbis: *An novitate offenderis? An etiam rei ipsius veritatem, quae hoc est facta vocabulum, refugis? Res enim antiqua novum nomen accepit, non vocabulo rei veritas accessit.*

VI. Catholica veritas verbis infinitionis, *Hoc est corpus meum*, demonstratur. Haec quippe verba aut nullam inferunt mutationem, aut inducunt mutationem metaphoricam, aut realem & substantialem. Primum negat Calvinista, qui virtutis & efficacitatis mutationem defendunt. Lutherani recusant secundum, qui realem, & substantialem Christi praesentiam agnoscunt, relictæ figuræ, contra Sacramentarios, & Calvinistas. Haec itaque disputatio recidit, cum hac realis substantialis Christi praesentia excludat praesentiam substantiae panis. Excludunt autem verba ista, *Hoc est corpus meum*. Quoniam nomen hoc ad panem referri nequit; cum sit generis neutrius. Unam autem praesent substantiam.

VIII. Porro Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. an. 1215. tribus saeculis ante novatores, cap. *Firmiter* hoc definit: *Credimus, ac confitemur, & corpus, & sanguinem Christi sub speciebus panis, & vini veraciter contineri, transubstantiatione panis in corpus, & vini in sanguinem potestate divina.* Rursum Concilium Tridentinum *sess. xlii. cap. iv. can. 11.* dixerit, antiquorum doctrina praemissa, definit, *Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistiae sacramento remanere substantiam panis, & vini una cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi; negaveritque mirabilem illam, & singulariorem conversionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat; anathema sit.*

IV. Patres, quorum testimonia supra scripta sunt, etiam voce *transubstantiationis* non utuntur, verba tamen adhibent quae evidentem illam significant. S. Cyrillus Hierosolymitanus *catech. iv.* inquit: *Agnam Christum mutat in vinum: & non erit ali-quod suum transmutavit?* S. Ambrosius *Lib. de iniciandis cap. ix.* sic loquitur: *Qui prae-tulit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt, in id mutare quod non erat? Non enim est minus novis rebus dare quam mutare naturas.* S. Gregorius Nyssenus orat. *catechet. cap. xxxvii.* *Panis statim per verbum transmutatur, sicut dictum est a Verbo: Hoc est corpus meum.*

VII. Verum quemadmodum in ceteris libris patres vix unquam inter se conveniunt, aut una alteram vincere possent; cum nihil sit tam perpicuum & manifestum quod humani ingenii cavillationibus implicari non queat; ad iudicem confugiendum est, qui controversiam dirimat; ita & in hac disputatione iudex est seligendus. Quinam autem iudex iste? Calviniani, Zuingliani? Iliorum iudicium Lutherani, non secus ac Catholicis, repudiant. Quod quid Calvinus in

opis. de refut. consensus Orthodoxorum ad Christianam Catholicorum praesentem Lutherano opinionem? De Papis non loquitur, quorum tolerabilior, vel saltem magis reverenda est doctrina.... Si opinio ex his duabus eligenda esset, mallet nos praesentiam Christi sub speciebus, & accidentibus credere, quam cum Zuingliantibus veram, & realem praesentiam, contra tam aperta Christi verba, negare. Patribus Lutheri, & Calvinio, tam loculentia sunt Christi verba, ut Lutherus cum Catholicis ex una parte admittat realem, & substantialem praesentiam; & Calvinus meram praesentiam figuratam Sacramentorum rejiciat. Illud ergo est reliquum, ut quid maiores nostri, quid Ecclesia ante exortas hereses Lutherano, & Calvinitarum defuerit in hac causa, in medium proferamus.

VIII. Porro Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. an. 1215. tribus saeculis ante novatores, cap. *Firmiter* hoc definit: *Credimus, ac confitemur, & corpus, & sanguinem Christi sub speciebus panis, & vini veraciter contineri, transubstantiatione panis in corpus, & vini in sanguinem potestate divina.* Rursum Concilium Tridentinum *sess. xlii. cap. iv. can. 11.* dixerit, antiquorum doctrina praemissa, definit, *Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistiae sacramento remanere substantiam panis, & vini una cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi; negaveritque mirabilem illam, & singulariorem conversionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat; anathema sit.*

IV. Patres, quorum testimonia supra scripta sunt, etiam voce *transubstantiationis* non utuntur, verba tamen adhibent quae evidentem illam significant. S. Cyrillus Hierosolymitanus *catech. iv.* inquit: *Agnam Christum mutat in vinum: & non erit ali-quod suum transmutavit?* S. Ambrosius *Lib. de iniciandis cap. ix.* sic loquitur: *Qui prae-tulit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt, in id mutare quod non erat? Non enim est minus novis rebus dare quam mutare naturas.* S. Gregorius Nyssenus orat. *catechet. cap. xxxvii.* *Panis statim per verbum transmutatur, sicut dictum est a Verbo: Hoc est corpus meum.*

Patres, Ignatium, Ireneum, Iustinum, Tertullianum, Cyrilianum, Hilarianum, Chryso-

sto-

stomum, qui omnes asserunt, panem eucharisticum non esse panem communem, sed esse Christi corpus verum, proprium, naturale, quale natum est ex B. Virgine, cruci altissimæ, & mortuum. Omnes adfirmant, panem hunc transmutari in corpus Christi: quae sane transmutatio non fit in accidentibus, seu speciebus panis: ergo in ipsa substantia. Si substantia panis remaneret, qui dicit pollet, panem hunc transmutari in Christi corpus?

X. S. Thomas III. *Part. quæst. lxxv. art. 3.* evocat hanc transubstantiationem hoc pacto. Corpus Christi in Eucharistia nequit esse praesens per motum localem: quia quod per eundem motum novam acquirat praesentiam, deserit terminum a quo recedit, seu priorem locum, ut novum occupet. Corpus autem Christi caelum non deserit. Neque fit praesens per creationem, ut pater. Consequitur ergo fieri praesens per conversionem substantiae panis in ipsum. *Quidam inquit, posuerunt, post consecrationem substantiam panis & vini in hoc sacramento remanere.* En Lutherano errorum. *Sed hoc positum (pergit Angelicus) stare non potest.... Quod autem convertitur in aliquid, facta conversione non manet. Unde relinquatur quod, salva veritate huius sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non possit.* Vide plura ibi.

XI. Obiiciunt 1. Ex divinis Scripturis eruitur, in Eucharistia panis substantiam remanere. Nam de Eucharistia a S. Paulo I. *Cor. x.* dicitur: *Panis quem frangimus, non in participatio corporis Domini est?* Et *1. Cor. vi.* Christus dicit, *Ego sum panis.* Rursum confidit veritas huius propositionis, *Verbum caro factum est*, per unionem naturæ humanæ cum Verbo. Ergo salvatur veritas istius: *Hoc est corpus meum*, per conjunctionem utriusque substantiae corporis, & panis. Præterea de ferro ignito vere dicitur, *Hic est ignis*, & de dolio vino pleno, *Hic est vinum*, nulla substantiae mutatione facta. Resp. Panis Eucharistia post consecrationem vocatur, quia ex pane facta est; quemadmodum hominibus nuncupatur, quia ex terra factus fuit. Mos ille frequens in Scripturis est, res nomine aliarum rerum, unde profectæ sunt, appellare. Panis etiam appellatur, præterea consecratione, quia accidentia seu species panis remanent. Anselm ab Abraham vili viti appellati sunt, quod hominum speciem praesentent. *Verbum caro factum est*: in hac propositione Verbum locum tenet substantia: ideo ipsum Verbum factum est caro;

assumptio humanitatis in Deum. Ut argumentatio quidquam evinceret, deberet quocumque altera propositio sic formari: *Corpus meum factum est panis.* At non sic Christus dixit, sed *hoc est corpus meum*. In hac autem propositione nec panem nominavit, ut significaret, hoc esse suum corpus. Exempla adducta inepta omnino sunt. Nam panem est homines in communi fieri one ut figura *Synecdochæ*; & partem uli pro toto; & id quod continet, pro re contenta. Nulla autem sermo illi hac vox *corpus* denotat aut partem panis, aut accidens inherens pani.

XII. Obiiciunt 2. Catholicorum plures negant ex divinis Scripturis evincit transubstantiationem posse, ut Scotus, Ochamus, Paludanus. Initio Curandus solam formam, secundam materiam panis converti in corpus Christi docet. Ergo verba dominica non sunt ita aperta, ut transubstantiationem inferant. Resp. Ad Durandum quod attinet, illum error addecimus, suoque sensui indubitate. Ceteri, qui opponuntur, Theologi asserunt, non ita aperta & loculenta esse Scripturae testimonia, ut Ecclesiae iudicio, & auctoritate sublata, non possint a perveracibus hominibus cavillationibus circumveniri. Et quam sit istorum interpretatio vera, testis comprobant Lutherani, Zuingliani, Calviniani, qui omnes pro ingenio in pravos, oppositio sensus præfata verba detorqueunt.

Verum non de commentis quae fingere homines valent, sed de sensu obvio & naturali quæ verba dominica praesentem, disputatur in praesentia. Porro verba præfata natura sua transmutationem produnt substantiae panis in corpus Christi, solamque Christi corpus sub sacris symbolis extare perspicue demonstrant; ut Patrum testimonia, & ratione S. Thomæ ostensum est. Non esse ergo quod unius, aut alterius Theologi aberratione nobis obtudant Lutherani, quibus nos potiori iure opponimus, quod celebris Calvinista Claudius Salmadus scribit adversus Gregorium: *Si ad litteram accipiatur verba Christi, ut debere accipiuntur admississimi Lutherani Theologi, longe magis doctrinæ Pontificiorum favent quam Lutheranae.* Dixit Christus, *Hoc est corpus meum*, cum panem traheret. Ergo non amplius panis est, sed corpus Christi, ut ille qui veritas est, affirmavit. Quod quid Calvinus ipse Catholicis locum favore verba Christi trahit quam Lutherani?

XIII. Opponunt 3. S. Ioannem Chryso-stomum epistolam ad Cesarianum Monachum ad-

verus

verfus Apollinarium, seu Synofiasias, qui blasphemabant admiranda communicationem factam fuisse in Christo naturam, ex divina & humana conflaram: quam heresim ut convelleret Chrylollomus, evincit naturam humanam integram manifeste post unionem in Christo; quemadmodum in Eucharistia post consecrationem cum corpore Christi manet natura panis. Hæc sunt illius verba. *Verba autem que sanctificator panis, panem nominamus, divina autem illius sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem ab appellatione panis; dignus autem habitus est appellationis corporis appellationis, etiamsi natura panis in ipso permansit; non duo corpora, sed unum corpus Filii predicatur: sic & hoc divina incedente natura, corporis naturam unam Filium, unam personam utraque hæc fecerunt.* Eodem ergo modo remanet panis naturam in Eucharistia post consecrationem docet Chrylollomus, quo manet natura humana post unionem hypostaticam in Christo. Integra, & inconsula manet natura humana post unionem hypostaticam cum divinitate. Ergo &c.

XIV. Resp. Fabulas, supra quam dici potest, puritas evulgavit novatores, preterim Balsagus de hac epistola exilente in Bibliotheca Dominicanorum S. Marci Florentine. Alii laceraam iussu Magni Ducis Hetruræ blaterant: alii abdicant, & publice notitia subducant, nempeque visendam exhiberi, garrunt; ac si in eadem epistola preperoria catholici dogmatis condemnatione extaret. Nihil curant novatores nostri sese deridendo propinare, quoties occasio calamitandi, & affingendi Catholice impolluta lolo odio partes occurrunt. Epistola extat in præfata bibliotheca, & omnibus qui illic accedunt, eadem legendi gratia liberalissime traditur. Plures contendunt, apocrypham esse epistolam hæc. C. Tornely de sac. Euch. quæst. 111. art. 3. ut infirmas relictis suppositis consueturas, Quoniam, inquit, desit textus originalis græcus; & versio latina inconcinna est & barbara, que græci sermonis nitorem, & elegantiam non præfert. Sed hæc ratio suppositoris notas firmans, non infirmans, evincit. Qui solidas conjecturas que supposititiam ostendunt epistolam istam, desiderat, consulat P. Michælem Lequien *dissert. 111.* in opera S. Ioannis Damasceni.

XV. Ceterum, ut Lutherani intelligant quam sint in SS. Patrum intelligentia obsecati, ab illis percitantur, nam doctrina & mens cuiusque Scriptoris colligenda sic ex

aliquo scripto in quo præter institutum, & obiter de re controversa agit Auctor, iis locis neglectis in quibus data opera rem diligenti, vertat, & emulcat? S. Ioannes Chrylollomus pluribus in locis Eucharistiam argumentum dicit. Nemo SS. Patrum fatus & incalentes illo transmutationem panis in corpus Christi edidit: & his omnibus neglectis, boni Lutherani epistolam ad Casarium Monachum obtrudunt? Si Catholice hanc illis epistolam opponerent, perterperant, & clamoribus percellerent, quod documentum supposititium & confictum in medium adducere non erubescant, cuiusnon extat textus originalis græcus, cuius versio sua inconcinna, & barbarie fictionem prodit. Nos vero ut germanum Chrylollomi scriptum hanc epistolam suscipere volumus. Quid heinc emolumentum percipient Lutherani? Naturam panis remanere post consecrationem illi docet. Quid naturæ nomine intelligit ille? Accidentia, proprietatum complexione, minime substantiam ipsius panis. Quam interpretationem ut evincant, non ex aliis Chrylollomi locis, in quibus apertissime docet, substantiam panis transmutari in substantiam corporis Christi, argumenta repetam; sed ex ipsa epistola invictam rationem colligo. Ibi Chrylollomus, non duo corpora, sed unum corpus Filii Dei extare testatur. Si substantia panis revera maneret simul cum substantia corporis Christi; iam duo essent corpora, non unum. Ergo ut hæc doctrina Chrylollomi de uno corpore consistat, necessario dicendum est, nomine nature sensibile, que panis substantiam consequuntur. Hæc intelligentia tum Græcis, tum Latinis Scriptoris communissima est. Nos ipsi post consecrationem Eucharistiam panem eucharisticum appellamus. Hanc interpretationem opportune confirmat Tertullianus *Lib. de anim. cap. xxxii.* inquit, *aliud esse substantiam, aliud naturam substantiam. Si quidem substantia propria est rei cuiusque; natura vero potest esse communis. V.g. substantia est lapis, ferrum &c. dicitur lapideus, & ferri est natura substantie: dicitur communicat, substantia discordat.* Nonne evidens est hic Tertullianum naturam nomine intelligere proprietates rei, qualis est durities in lapide, in ferro? Similiter Theodoretus *dialogo 11.* qui inscribitur *Inconsuetus*, loquens de corpore Christi, quæ de sepulchro surrexit, ait, *illud priorem suam retinere formam, figuram, circumscriptiorem, & ut semei dicam, corporis essentiam:* ubi

nomi-

nomine essentie proprietatum complexione intelligit. Tandem hi Chrylollomus intellexerit remanere substantiam panis, suam, & Catholicorum adversus Apollinaritas causam prodidit, non propugnasset. Intelligent quippe hæretici illi, Christum non esse unam personam, sicut non sunt corpus unum carnis, & substantia panis. Accedit quod similitudines, & exempla non semper omnino, & undique rei convenienti cui applicantur. Si evidentes aliequi Lutheranicipiant Chrylollomi mentem, legant *homil. lxxxviii.* in Matth. ubi disertissime docet, panem in consecrationis transmutari in corpus Christi.

XVI. Insultum Lutherani. Gelasius Papa *Lib. de duabus naturis in Christo* expressa asserit, substantiam panis & vini in Eucharistia remanere. *Et tamen, inquit, esse non desinit substantia, sed natura panis, & vini.* Resp. Baronus ad an. 496. Melchior Cano *Lib. 17. cap. 17.* negat opus istud esse Gelasii. Sed, eo admisso, dicimus nomine substantie Gelasium intellexisse id quod posterioribus feculis nomine specierum, & accidentium intelligitur. Scopus Gelasii eo tendebat, ut Euthychianis ostenderet, duas in Christo esse naturas, divinas, & humanam, realiter distinctas; quemadmodum Eucharistia corpore Christi, & proprietatibus panis consistit. Nam ibidem Gelasius, de pane eucharistico loquens, docet, quod *in dramam transit, Spiritu sancto perficiente, substantiam, permanentem tamen in suis proprietate nature.* Permanent nature proprietates, sapor, quantitas, & cetera eiusmodi: sed panis substantia in substantiam corporis Christi transmutatur. Distinctio nature, & accidentium, seu specierum non obtinebat tunc, sicuti posteriore tempore: ideo non raro Patres pro accidentibus, seu speciebus & proprietatibus, que naturam consequuntur, ipsam naturam accipiunt.

XVII. Alorum Patrum testimonia opposere solent; sed cum nullus momentum sint, illa prætereo. Illud interim dico, quod mirari latè non possum novatores istos, Patrum auctoritatem opponentes; cum nihil ipsi tam flocci faciunt quam sanctorum Patrum traditionem. Cum ad hæc nos appellamus, quasi deridemus ab ipsis, & Scripturarum textus possunt. Cum undique & Scripturarum divinis, & Patrum testimoniis sese pressos sentiant; tum venari aliquod in Patribus prædicium, cavillari illorum verba, circumvenire sententias, adulterare illorum doctrinam verlati arde, & incredibili temeritate nituntur. Sed alias obiectiones diluamus.

XVIII. Opponent 4. Accidentia sunt signa que adesse substantiam produunt. Quamobrem Christus post resurrectionem, e. hominem esse patetacere volens, non phantasma, dixit Luc. xxiv. *Panem, & videte quia spiritus caroem, & ossa non habet.* Sed eucharistica accidentia evincunt, ibi panem, & vinum fuisse. Ergo ubi tum corpori Christi, tum panis substantia exiit. Resp. Si æquatio illa consideret, plura sequentia possent. Omnes tenes Christum, ut personam humanam, experiebantur. Ideo persona humana in Christo? Non admittantur Lutherani. Anselmi qui antiquis Patriarchis apparere, humanam naturam sensibus præferant, & tamen spiritus, non homines, erant. Christus, dum se palpandum præbuit discipulis, simul ediecit suum testimonium, confirmans verum esse quod sensibus tangebant. In Eucharistia testimonium Christi oppositum testatur, nempe lux accidentibus suum corpus latere. In rebus itaque naturalibus argumentatio facta dumtaxat concludit. Per te & naturaliter accidentia indicant, produunt que ibi adesse substantiam; secus in iis que supernaturaliter, & per miraculum eveniunt. Nonne Lutherani ipsi fatentur, mutationem, & quidem prodigiosam, evenire in Eucharistia? An sensibus eam deprehendunt? Nonne Calvinus ipse fatetur, demeritiam mansellam redolere, sacramentum illud metiri sensibus velle? Insuper ergo est Lutherorum ratiocinatio.

XIX. Opponunt 5. Accidentia absque subiecto subsistere nequeunt. Ut verba eucharistica obviæ præterent sensum, debere & ipsa accidentia converti in accidentia corporis Christi. Denique explicari nequit, qua actione fiat hæc transubstantiatio. Hæc, & alia eiusmodi sophismata congerunt novatores. Resp. Accidentia nequeunt subsistere absque subiecto naturaliter, verum est: supernaturaliter, negatur. Non minus ineptum est alterum quod opponunt. Accidentia enim manere Christum disposuit, qua laboris symbolis testum præbere voluit nobis corpus suum. Proponem autem hæc supponit non pro accidentibus, sed pro substantia sub illis contenta. Actionem qua hæc transubstantiatio fit, dicimus ingenii nostri modulum sperare. Omnipotentia Dei, que capiam nostrum fugit, hæc stupendum prodigium operatur. Modum quo id fiat, ignoramus. An exponere Lutherani valent modum, quo impanatio, aut consubstantiatio peragatur? Desinant ergo garrire, & huma-

nis

nis cogitatione tantum mysterium obnubilare.

XX. Plura alia examinanda essent; sed ea prætereo, quod, ut dixi, eo dumtaxat pertinet oratio mea; ut præcipua catholica doctrina capta lectoribus meis exponam, quantum lat est ad mores influendos, & fidem firmandam. Christianæ enim morum Theologiæ interpres non minus dogmata quam præcepta foris, & definitis terminis exponere debet.

§. IV.

Nonnullæ quaestiones Eucharistiam spectantes resolvuntur.

I. Innumeris quaestionibus qua tractantur tum a Theologis, tum a Catholicis, præsertim, & scitu necessariae resolutionis, his neglectis qua eruditissimè magis, & disputatè libidine redolent quam scientiæ commodum.

II. Quæst. I. An totus Christus sit in hoc sacramento? Resp. Fide catholica credendum est, totum Christum esse in hoc sacramento. Animadvertendum tamen, dupli. modo Christum in hoc sacramento esse, inquit S. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 1. nempe & vi verborum, & vi naturalis concomitantie. Vi horum verborum, *Hic est corpus meum*, directe ponitur corpus Christi. Per hæc alia verba, *Hic est sanguis meus*, directe ponitur sanguis Christi. Vi concomitantie ea omnia ponuntur quæ corpori unita sunt. Et quia corpus sanguinis, animæ, & divinitatis unum est; immo corpus ipsi subsistit per substantiam Verbi: ideo ubi est corpus Christi, cum eodem hæc omnia sunt. Itaque per concomitantiam animæ, substantiæ Verbi, divinitatis speciali modo in hoc Eucharistia sacramento sunt. Hanc catholicam doctrinam explicat Concilium Tridentinum sess. XIII. cap. III. his verbis. *Semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque eius sanguinem sub panis, & vini specie una cum ipsius anima, & divinitate existit, sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie ex vi verborum: ipsam autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, antiquamque sub utroque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantie qua partes Christi Domini, qui in hoc sacramento referuntur, non amplius mori-*

turus, inter se copulantur: divinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostaticam unionem.

III. Sub qualibet ergo specie sacramenti totus Christus existit, ut optime explicat S. Thomas loc. cit. art. 2. sub specie panis vi verborum est corpus, & sanguis per concomitantiam: & contrario sub speciebus vini vi verborum est sanguis, & vi concomitantie corpus: & sub qualibet specie animæ, & divinitatis per concomitantiam existunt. Adverit ibidem Angelicus, quod si in triduo mortis Christi celebratum hoc sacramentum fuisset, sub speciebus panis fuisset tantum corpus sine sanguine, & sub speciebus vini dumtaxat sanguis sine corpore: quia tunc separata hæc duo fuerant. At cum post resurrectionem unita semper sint, ideo ubi ponitur unum, vi naturalis connexionis ponitur & alterum.

IV. Suarez, & Valquez contendunt, vi concomitantie presentes quoque esse in hoc sacramento Patrem, & Spiritum sanctum. At Concilium Tridentinum omnia enumerans quæ sunt per concomitantiam in hoc sacramento, aliarum a Filio Trinitatis personarum non meminit. Nec est quod opponas omnium personarum cum divinitate identitatem. Nam sicut identitas hæc non efficit ut Pater, & Spiritus sanctus sint per concomitantiam incarnati; ita neque efficit ut sint in hoc sacramento per concomitantiam. Porro quamvis tota Trinitas non sit in Eucharistia vi concomitantie, & modo sacramentali; specialiter tamen ratione quadam illam adesse fatendum est. Cum enim sacramentum istud contrarium sit divini amoris, Pater misericordiarum divinitas bonitatis læ, & consolationis fluens hic effundit; & Spiritus sanctus castissimi amoris flammam inestillat quodam modo accendit.

V. Quæst. II. An Christus sit totus in qualibet specie sacramento? Resp. Si species consecrata dividantur, & separantur, facta separatione, totus Christus sub singulari separatis speciebus existit: & hoc definitum Concilium Tridentinum sess. XIII. can. III. his verbis: *Si quis negaverit, in hoc sacramento Eucharistia sub unaquaque specie, & sub singulari cuiusque specie partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.* Disputant vero Theologi, an ante separationem hostiæ consecratae sit totum corpus Christi in tota hostia, & totum in qualibet parte. Adfirmat S. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 3. quia, inquit, corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ.

Na

Natura autem substantiæ tota est sub qualibet dimensionum parte, sub quibus continetur. Ergo, concludit ille, totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur. Si plura copis, textum consule.

VI. Quæst. III. An Christus sit in hoc sacramento sicut in loco? Resp. Negat S. Thomas loc. cit. art. 5. Duplex est modus quo aliquid in loco constituitur. Definitivus unus, circumscriptivus alter. Neutro modo corpus Christi potest esse præsens in Eucharistia. Non definitivus: quia quod est definitive in loco, ita est hic, ut nequeat esse alibi. Non circumscriptivus, seu per commensurationem propriæ quantitatis ad quantitatem loci: quod enim est circumscriptivus in loco uno, ita est, ut partes corporis respondeant partibus loci. Christus autem in Eucharistia est totus in toto, & totus in qualibet parte. Præsentia itaque corporis Christi in Eucharistia est realis substantiæ, at non localis, sed eminentior, quæ locum naturalis dicitur, modum sensui nobis superans.

VII. Quæst. IV. Potest ne corpus Christi solo corporali, aut intellectuali in hoc sacramento percipi? Resp. Negat S. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 7. Quoniam corpus Christi in hoc sacramento est per modum substantiæ quæ sensibus non subsicet. Disputant autem Scholastici, utrum oculus corporeus per abolitionem Dei potentiam elevari possit ad hanc visionem per lumen supernaturale. Sed hanc quaestionem illis accensurus quæ eruditissimè magis quam utili cognitioni interserviunt. Neque intellectus lumine naturali corpus illud percipere valet; lumine autem supernaturali perfusus, quemadmodum videre potest ipsam divinam essentiam, ita potiori iure corpus istud videre potest.

VIII. Quando in hoc sacramento apparet caro, ut puer, est ne Christi corpus quod videtur? Respondet S. Thomas loc. cit. art. 8. dupli. hanc apparitionem contingere posse. Primo per immutationem oculorum videntium, ac si expressè viderent exterior carnem, vel sanguinem, vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem videtur contingere, quando videtur sub specie carnis, vel pueri; aliter tamen videtur sicut et prius, sub specie panis; vel quando idem ad botam videtur sub specie carnis, vel pueri, & postmodum sub specie panis. Interdum vero videtur non per localem immutationem ex parte videntium, sed per immutationem ex parte specierum: quod contingere videtur, sicut et alii tibi, corruptum

do sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet.

IX. Quæst. V. An accidentia, seu species sacramentalis & corrupti, & omnino valescent? Resp. Remanere accidentia omnia post consecrationem, quæ prius afficiebant panem, & vinum, nempe quantitatem, & qualitatem, certum est; & quidem sine subiecto, ut dictum est: quia illorum subiectum substantiale conversum est in Christi corpus. Ad quæsitum respondet S. Thomas III. Part. quæst. lxxvii. art. 4. corrupti posse, quemadmodum corruptum poterant ante consecrationem. Id totum experientia constat. Evincit vero S. Doctor art. 6. eiusmodi species vere nutrire. Innumeras quaestiones insistent Theologi, quandoque corpus Christi desinat permanere sub speciebus. Disputant, an si sacramentum proficiat in locum immundum; an si comedatur a mure, a bruto, continuo desinat? Aliqui contendunt, continuo desinare esse in his casibus. Sed falluntur. Siquidem certum est, tandem manere sub speciebus, quandoque conservantur, ubicumque species illæ, & quandoque sub eisdem conservari possent substantiæ panis.

X. Quæst. VI. Quotum temporis intervalle debeat, ut particula in commotione receptæ species corruptantur? Resp. Fuerunt aliqui qui asserbant, illico ac particula recepta fuerit in ore, desinare corpus Christi esse sub speciebus. Sed hæc opinio, ut videnter falsa, reiecta ab omnibus est. Quia, ut diximus, corpus Christi permanet sub speciebus, aliquidque illæ corruptantur. Si in iplo ore corrupterantur, statim desineret ibi esse. Circa tempus quo desinat species in stomacho receptæ, varia sunt Auctorum placita. Cardinalis de Lugo disp. x. lib. inum narrat, se consultisse Romæ peritissimos medicos, & præsertim Ioannem Manesplum, in Romane Sapientie Academia Professorum Philosphiæ, qui asseruit, particulam receptam a laicis corrupti in stomacho intra horæ minutum. Sed ego, inquit P. Leander a SS. Sacramento tract. vii. disp. x. quæst. xxiii. consultis pluribus huius Complutensis Academiæ, non Philosphiæ tantum, sed Medicinæ professoribus, dico, quod debeat elabi quatuor fere minuta, seu quarta pars quadrantis horæ. Ut vero corruptantur species hostiæ impure a Sacerdote, subdit, debere transire ipsorum unius quadrantis. Plures ratioculæ pro utraque parte afferunt. Sed nihil, ut ego quidem sentio, certo concludunt. In uno stomacho citius, in altero tardius, sicut et alii tibi, corruptum

tur

tur species ista. Illud dumtaxat pro reverentia sacramento debita servandum, neque, susceptores illius sacramenti debere post communionem saltem per quadrantem plus minue de colligere, & serventore qua valent devotione le se cum Christo Domino detinere, cum intra semetipios veluti commemorantem adorare, alioqui, gratias agere, beneficia postulare, ignis alioqui, & serventore amore prolequi & compleri, a cibo portaque sumendo in obsequium sacramenti abstinere per aliquod temporis spatium; ut infra magis declarabo.

XL. Quæst. VII. An si sanguini, sub speciebus vini consecrato, vinum infundatur, desinat esse sanguis sub eisdem speciebus? Resp. Adfirmant aliqui. Alii distinguunt dicunt, desinare sanguinem Christi libelle speciebus, si tanta vini quantitas infundatur quæ satis esset ad species destruendas; scilicet, si quantitas vini non esset tanta, quantæ necessaria est ad speciem vini consecrati destructionem. Quid, si vinum infusum esset diversæ speciei; ut quando speciebus vini albi consecrati infunditur vinum rubrum? In hoc casu adfirmant Auctores prioris opinionis. Alii communius negant: quia contendunt vina omnia esse eisdem speciei. Quid, si decem guttae vini consecrati miscantur cum dolo vini? Omnes has quæstiones frivolæ, ineptæque reputo, quarum decisiones ex varis Philoſophorum placitis pendente nam ex mixtione vini unius cum alio non potest certo inferri corruptio. Casus propoliti vix unquam contingunt, & ideo ut inutilis relinquimus. Ceterum si una, aut decem guttae languinis infunderentur amphoræ, aut dolo vini; extinguantur permixte Christi sanguinem; viginti quæ illud servandum esse, & a Sacerdotibus, scens a laicis, sumendum esse post summptionem calicis ante ablationem. Patres alias similes quæstiones prætere.

§. V.

Alia quæstionibus de adoratione Christi in Eucharistia, de eiusdem conservantione, expositione, fesse, aliisque, resolvuntur.

I. Quæst. I. Utrum Christus in Eucharistia existens adorandus sit cultu humano? Resp. Cultus lætæ appellatur obsequium, vel servitio, veneratio, iureiuramento Domino debita, ut Theologi omnes docent. Ariani fatebantur, Christum realiter præsentem esse in Eucharistia; at quia blasphemabant, eum puram esse creaturam, adoratio-

nem eidem denegabant. Vasa sacra tanto obsequio venerabantur, ut Athanasium ab Episcopatu deposuerint, quod fracti calicis ream per manifestam calumniam fixerant, Zuingliani, Calvinianique, tamquam idololatras, Catholicos derident, & execrantur, quod Christum in Eucharistia adorent. Lutherus aliquando Eucharistiæ adorationem ut piam, aliquando ut necessariam, a consecratione ad communionem utque probavit. Malacthon, ut Eucharistiæ adorationem tolleret, commentus est, Christum non esse in pane præsentem, sed in fidelibus tantum, dum reipia sumunt communionem.

II. Veritas catholica est, Eucharistiæ deberi lætæ cultum, ut demitit Concilium Tridentinum *sess. xiii. can. xii. his verbis. Si quis dixerit, in sacro Eucharistiæ sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu lætæ, etiam externo, adorandum. Et anathema sit.* Constat veritate hæc universaliter consenti Ecclesiæ tum orientalis, tum occidentalis. Missis testimonis Nazianzenis oratione funebri in honorem Gordiani fororis, Chryſostomi *homil. xxviii. ad pop. Antioch.* Cyrilli Hierosolymitan *catech. v. de alicorum, unum primum ex S. Ambrosio Lib. III. de Spiritu sancto cap. xii. ubi hæc habet. Adorate scabellum pedum eius. Itaque per scabellum terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie nunquam in mysteriis adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorant.* S. Augustinus in hunc eundem citatum Psalmi textum tanta peripetentia adorandum in Eucharistia Christum docet, ut novatorum cavillationes omnes explodat. *Quæro (inquit) quod sit scabellum pedum eius: & dicit mihi scriptura: Terra scabellum pedum meorum. Eustathius convertit me ad Christum, quia ipsum quæro hic: & invenio quomodo sine impietate adoraret terra, sua impietate adoraret scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Maria carne concepta. Et quia in ipsa carne habet habitum, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit; ideo autem ipsam carnem manducat, nisi prius adoraverit: invenit enim quomodo adoraret tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.* Liturgiæ antiquissimæ, quas Renaudius, Richardus Simon, Vitallius, Goar, & alii plurimi collegunt, adorationem Eucharistiæ lætæque præscribunt.

III. Blaterant novatores, idololatriæ crimen esse, lætæ cultum exhibere panem qua-

quasi nos panem, & non corpori Christi, loco substantiæ panis existentis sub sacris symbolis, cultum exhiberemus. Expositum verbis neque Lutheranorum, & Calvinianarum impositis furor in puerilis calumnias adversus Catholicos fingendis. Ipsos non latet, nos propugnare, Dei Filium sub speciebus panis & vini loco substantiæ panis & vini extare. Cum hæc nobisræ them opponunt, Scriporum, Patrum, & universæ traditionis ignorantem, seu potius hæreticæ factionis caligine obductos sese produnt. Verum dum, hæc thesi admittit, consecrarium adorandi Verbi divini ibidem extantis impetunt, tamquam inani, & impiæ impetunt. An verbum divinum, ubicumque reperitur, adorandum, & quidem lætæ cultu, non est? An Catholicis omnes uno ore non fatentur, se cultum lætæ exhibere directe Verbo incarnato, in hoc sacramento existentem? An non fatentur, symbola ipsa, ut sunt merum signum, veneratione quidem digna esse, ut cetera sacramenta; scilicet lætæ cultu soli Deo debito? Quid ergo obgannunt fanatici isti, idololatriæ scelus nobis improperantes? An Lutheranis, qui a consecratione usque ad communionem præsentem Christum fatentur, illud eo tempore non adorant?

IV. Quæst. II. An religiose in templis custodienda & afferenda Eucharistia sit? Resp. Negant Sacramentarii, Lutherani, & Calvinistæ, qui aut negant in Eucharistia Christi præsentiam, aut hæc in solo usu, & actione cone agnoscunt, ut Lutheranis. At hic quoque mirum in modum fallunt heterodoxi. Nam realis Christi præsentia in Eucharistia abolata est, & ab usu minime pendet; ut verba dominica, *Hoc est corpus meum*, ostendunt. Antequam panis eucharisticus frangeretur, & manducaretur, est Christi corpus. Ut conceptis verbis Apostolus I. Corinth. x. testatur. *Calix cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Mentitus Apostolus fuisset dicendo, *est, nisi ibi Christi corpus fuisset sub sacris symbolis, antequam hæc frangerentur.* S. Thomas III. Part. quæst. lxxviii. art. 1. ad 3. sapienter de more inquit: *Hæc artem est differentia inter Eucharistiæ, & alia sacramenta habentia materiam sensibilem: quod Eucharistia continet aliquid sacrum absolute, scilicet ipsum Christum; aqua vero baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, scilicet virtutem ad sanctificandum.... Et ideo sacramentum Eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materia; alia vero sacramenta*

perficiantur in applicatione materie ad hominem sanctificandum. Hanc veritatem perpetuo obtinuit in Ecclesia, testatur Concilium Tridentinum *sess. xiii. cap. iiii. inquit. Excessus, & singulariter reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificantur, cum quis illi accipit; ut in Eucharistia ipse sanctificans auctor ante usum est: non dum enim Eucharistiæ de manu Domini Apostoli suscipitur, cum vero tamen ipsa adfirmet corpus suum esse quod præbebat. Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque eius sanguinem sub panis, & vini specie... existere.*

V. Ex quo præsentia Christi realis permanens sit in eucharistia, necessario conlequitur, Eucharistiæ diligenter, ac religiose afferendam esse. Ilius sacri moris universam antiquitatem testem habemus. S. Iulianus martyr *apost. iii.* narrat, Eucharistiæ præsentibus distribuit, & ad abentes per millitos deferri. S. Irenæus *epist. ad Victorem Papam* testatur, Eucharistiæ millam ad fideles abentes, quod facile tunc non esset templa adire. Eucharistiæ afferatam in templis, asportatam domum, delatam ad eremos, testatur Tertullianus, & Clemens Alexandrinus. Cyrilianus etiam *Lib. de lapsis* narrat quamdam mulierem, asam apertæ arcam in qua Eucharistia conservabatur, orto repente igne exteritatem fuisse. An negaturi sunt novatores nolri perantiquam disciplinam defendenti Eucharistiæ mortuæ? Concilium Nicænum I. can. xiii. hæc præscribit. *De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regularisque servabitur, ut si quis egerit de corpore, ultima & necessario viatico minime privetur.* Calvinus, qui sacrosanctam appellat hæc Synodus *Lib. IV. Institut. cap. xvii. §. 39.* scribit: *Clare patet, repositionem sacramenti, quam monachi urgent ut agrotis extra ordinem distribuatur, inutilem esse.* Et continuo post pauca subdit: *Sed enim qui sic faciunt, habent veteris Ecclesiæ exemplum.... Fateri. Nobis fat est veteris Ecclesiæ vitæque premere, neglectis novatorum commentis. Plura antiquitatis monumenta proferrem, nisi adeo explorata veritas esset, ut vel ipsi inimici nostri eam confiteri cogentur.*

VI. Quæst. III. Pia ne est, & religiose fessu corporis Christi institutio? Resp. Nemo præter heterodoxos, quibus familiare est omnia Romane Ecclesiæ statuta carere, piam religioſamque esse, incitabitur illius

vididissimo panno involutam Eucharistiam fecum portare. Qui plura hac de re scire cupit, consulat Angelum Rocca Tom. I. & Martenium de antiq. Eccl. rit. Lib. I. cap. v. art. 4. ubi narrat, PP. Societatis Iesu, Paulo V. Pontifice summo regnante, Venetiis dilectissimos, *hostias singulas* collo sibi singulos assignare, argue hoc devotionis fervore urbe distulisse. Consecratio hac iam diu obsolevit: & Concilia, Calaraugulanum an. 380. & Toletanum an. 600. statuerunt ne quidominus, aut alio Eucharistiam deferat. BENEDICTUS XIV. in sua sepius laudata constitutione *super Græcorum ritibus* prohibet ne Monachi orientales iter agentes Eucharistiam fecum deferant. Consecratio hac viget adhuc, dum summi Pontifices itinera arripiunt. Tunc enim splendidè, & gravè apparatu, atque comitato Eucharistia præferri a Sacri archiepiscopi Prefecto solet, spatio itineris onibus die ante Pontificem, ne populi, inspecturi Pontificem accedentes, cultum augustissimum sacramento exhibendum minuant. Angelus Rocca eruditissimum commentarium de hac sacra cerimonia edidit.

CAPUT VII.

De Eucharistia distribuenda ministro ordinario, & extraordinario.

Quest. I. An soli Sacerdotes sint distribuenda Eucharistia ministro ordinario? Resp. De ministro consecrande Eucharistia sequenti dissertatione sermo erit. In præsens, qui sit ordinarius eiusdem distribuenda minister, inquiritur. Omnes communiter docent, solos Episcopos, & Sacerdotes esse istius sacramenti ordinarios ministros. Rationem præbet S. Thomas III. Part. quæst. lxxxii. art. 3. inquires: Dicendum, quod ad Sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi propriè tria. Primo quidem quia, sicut dictum est... ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecravit corpus suum in eam, ita & alius sumendum dedit. Unde sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo quia Sacerdos constituitur in ministerium. Deum & populum. Unde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sacrificata divinitus populo tradere. Tertio quia in reverentiam huius sacramenti a nulla re contingitur nisi consecratur, unde & corporale, & calix consecratur, & similiter manus Sacerdotis, ad tangendum hoc sacramentum. Unde nulli alii

tangere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terram, vel in aliquo alio necessitate casu.

II. Morem hunc ab apostolica traditione proficisci, testatur Concilium Tridentinum sess. xiii. cap. viii. his verbis. *Semper in Ecclesia Dei mos fuit ut Laici a Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem celebrantes seiplos communicent. Qui mos, tanquam ex traditione apostolica descendens, iure ac merito retineri debet.*

III. S. Thomas III. Part. quæst. lxxxii. art. 1. ad 4. querit, cur soli Episcopo conveniat, & reservata sit potestas conficiendi, & administrandi christiana; fecus conficiendi, & distribuendi Eucharistiam. Respondet: Episcopus accipit potestatem ut agat in persona Christi super corpus eius mysticum, id est super Ecclesiam: quam quidem potestatem non accipit Sacerdos in sua consecratione. Accipit vero Sacerdos potestatem supra corpus Christi verum. Et quia inquit art. 2. ad 3. per Eucharistiam perficitur homo secundum se per comparationem ad Christum, ideoque Sacerdoti ordinario conficere, & ministrare Eucharistiam iure convenit: idque ex perpetua traditione, que in hac materia quibusvis humanis rationibus prævalet, constat.

IV. Quæst. II. An Diaconi possint esse extraordinarii Eucharistia dispensatores? Resp. In utraque Ecclesia tum orientali, tum occidentali fuerunt præcisè faculis Diaconi dispensatores extraordinarii tum corporis, tum sanguinis Domini. Posteriori tempore solus sanguis Domini dispensatio commissa illis fuit: ut colligitur ex S. Thoma III. Part. quæst. lxxxii. art. 3. ad 1. ubi inquit, quod Diaconus, quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio: ut scilicet dispense sanguinem, non vero corpus, nisi in necessitate iubente Episcopo, vel Presbytero. Primo quidem quia sanguis Christi continetur in vase: unde non oportet quod tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundo quia sanguis designat redemptionem a Christo in populum derivatam: unde & sanguini admiscetur aqua, que significat populum. Et quia Diaconi sunt inter Sacerdotes & populum, magis convenit Diaconis dispensatio sanguinis quam dispensatio corporis. Unde colligitur, tempore S. Thomæ in Ecclesia occidentali Diaconos dispensasse calicem sanguinis Domini extra necessitatem, & absque peculiari Sacerdotis licentia.

V. Ad questum igitur respondeo, Diaconos ex commissione Episcopi, vel Parochi posse etiam hoc tempore esse ministros ex-

traor-

traordinarios Eucharistia distribuendæ. Illi tamen hanc facultatem dare non debent, nisi ex iusta causa: quia servanda est disciplina que nunc obtinet.

VI. Quæst. III. Absente Presbytero, potest ne Diaconus insignis Eucharistiam dispensare? Resp. Adfirmat Suarez, Fagundez, Hurta- do, Lugo, quos citat, & sequitur Leander tract. vii. disp. xiv. quæst. ix. tum ex præsumpta voluntate Presbyteri, tum ex sacris canonibus, qui hanc facultatem illis impertiunt. Quin addunt, posse Diaconos id præstare, præsentè, & nolente Presbytero Eucharistiam ægrotis ministrare: quia, inquit, præsentia Sacerdotis sua potestate abutentis pro absentia reputanda est. Quæ sane opinio mihi improbabilis non est.

VII. Quæst. IV. An extrema necessitate urgente, possint, absente idoneo ministro, Subdiaconi, Clerici, laici semetipsos, & alios communicare? Resp. Ex iis que dicta sunt, constat olim & minores Clericos, & laicos fœmetipsos, & aliis Eucharistiam ministrasse. Si enim viris in nuda manu, & mulieribus in candidissimo lintelo, quod Dominicalè appellabatur, mos obtinebat tradendi Eucharistiam: patet illos eam aut ibi, aut domi sumpsisse. Illius consuetudinis testimonia plurima ex Tertulliano, ex Cyrillano, ex Martyrologio Bedæ, Adonis, Ulnardi referre possunt. Unum ex S. Basilio episc. ad Lesariam Patriciam transcribo. Si non adstet Sacerdos, communionem propria manu sumere, minime esse grave, est supervacaneum ostendere. Propterea quod longa consuetudine etiam per res ipsas probetur. Omnes enim qui sunt in desertis Monachi, ubi non est Sacerdos, illic habentes communionem, ex seipsis eam sumunt. Alexandria autem, & in Ægypto unusquisque ex laicis qui illic degunt, maxima ex parte habent communionem domi sue. Nam cum Sacerdos semel consecrerit hostiam, & dederit eam, accipiens, & communicans, tanquam a Sacerdote sumptam, participare se debet credere. Etiam in Ecclesia Sacerdos tradit particulam: cum omni potestate ac liberate eam tenet qui accipit, & sic sua manu ad eos eam adducit. Seculo vi. flura Concilia præsertim Calaraugulanum, & Toletanum, consuetudinem hanc abrogarunt. Apud Græcos tamen alibi adhuc viget.

VIII. Apud Latinos, tum Clericos, tum laicos, extrema urgente necessitate, communicare seipos posse docent Suarez, Gradinos, Valentia, Reginaldus, & alii plures, quos citat Leander quæst. xii. eoque legitur: immo ipse cum Diana, & aliis ad-

Cons. Theol. Tom. VIII,

dit, laicos posse communicare etiam alios: quia ius humanum, prohibens laicis Eucharistia tactum, non obligat in extrema necessitate in qua prævalere præceptum divinum debet de Eucharistia sumenda.

IX. Hæc opinio mihi videretur falsa: quoniam ab octo & amplius faculis vetitum est laicis tangere vel ipsa vasa sacra, nedum Christi corpus. Quare non licet nec Clericis Diacono inferioribus, nec laicis, aut sibi, aut aliis communionem procurare in Ecclesia Latina, quia plures sacri canones id prohibent. Porro Ecclesia prædita est potestate præscribendi ritum administrandi sacramenta. Cum itaque Ecclesia prædita est potestate præscribendi ritum administrandi sacramenta, & Clericis Diacono inferioribus corporis Christi tactum; servanda est hæc Ecclesie disciplina in re adeo gravi.

X. Præceptum divinum sumendi Eucharistiam, præsertim in articulo mortis, obligat, si minister idoneus adit: fecus, si desit. Potest laicus in mortis articulo baptizare, & simplex Sacerdos absolvere: quia sacramenta hæc sunt maioris necessitatis; & Ecclesia consentit, Eucharistia autem non est tante necessitatis: ideoque prudenter Ecclesia prohibuit omnibus Diacono inferioribus illius administrationem ob reverentiam sacramento debitam. Cum igitur idoneus minister desit, perinde est ac si nullus adesset. Et tum præceptum divinum communionè spirituali implendum est, voto nempe, & desiderio suscipiendi Christi corpus.

XI. Ex peculiari tamen summi Pontificis dispensatione possunt laici fœmetipsos, & alios communicare. Nam si olim periculo summo tempore Ecclesia id concessit, eadem hodie ferre potestata. Et respicit S. Pius V. Mariae Stuartæ Scotorum Regine, in carceribus ab Elizabetha Regina Anglorum detenta, facultatem impertit ut in extremo mortis agone augustissimum sacramentum, quod apud se retinebat, semetipsum reficeret, maneretur. Nihilque obstat quominus Pontifices summi, iusta occurrente causa, simile privilegium concedere aliis iure valeant; cum hoc ad solam attineat disciplinam.

XII. Quæst. V. An Sacerdotes, & Diaconi possint semetipsos communicare, cum alii idonei ministri desint? Resp. Adfirmat communiter Theologi, in extremo necessitate casu posse Sacerdotem semetipsum communicare. Immo communior sententia defendit, tublata etiam necessitate, posse Sacerdotem sola devotionis causa, puta dum magna festivitas recurrit, & nequeat celebrare, e sacratio Eucharistiam extrahere, & se-

M 3

ipsum